his qui descēdūt in lacū. Quo pulchrio
es descende et dormi cū incircūcisis. In
medio interfectorū gladio cadēt. Gladiꝰ
datꝰ est. Et attraxerūt eā et oēs ꝑplos
eiꝰ. Loquent ei potētissimi robustorū
de medio inferni: qui cū auxiliatoribꝰ eiꝰ
descēderūt et dormierūt incircūcisi in
E terfectiqꝫ gladio. Ibi assur et oīs mul
titudo eiꝰ in circuitu illis sepulchra
eorū oēs interfecti et qui ceciderūt gladio
quorū data sūt sepulchra in nouissimis
laci: et facta est multitudo eiꝰ ꝑ gyrū
sepulchri eiꝰ: vniuersi interfecti cadē
tesqꝫ gladio qui dederāt quōdam formi
dinē suam in terra viuētiū. Ibi elam et
oīs multitudo eiꝰ ꝑ gyrū sepulchri illiꝰ
Oēs hi interfecti ruētesqꝫ gladio qui de
scēderūt incircūcisi ad terrā vltimā qui
posuerūt terrorē suū in terra viuētiū

et portauerūt ignominiā suā cū his qui
descēderunt in lacū. In medio inter
fectorū posuerūt cubile eiꝰ in vniuersis
populis eiꝰ in circuitu eiꝰ sepulchra
illius. Oēs hi incircūcisi interfectiqꝫ
gladio. Dederūt eñ terrorē suū in ter
ra viuētiū: et portauerūt ignominiam
suā cū his qui descēdūt in lacū. In me
dio interfectorū positi sūt. Ibi mosoch
et thubal et oīs multitudo eiꝰ in circui
tu eiꝰ sepulchra illius. Oēs hi incir
cūcisi interfectiqꝫ et cadentes gladio:
quia dederūt formidinē suam in terra vi
uentium et nō dormient cū fortibꝰ caden
tibusqꝫ et incircūcisis qui descēderunt ad
infernū cū armis suis: et posuerūt gla
dios suos sub capitibꝰ suis: et fuerunt
iniquitates eorū in ossibꝰ eorum: quia terror
fortiū facti sunt in terra viuentium.
Et tu ergo in medio incircūcisorum contereris
et dormies cū interfectis gladio. Ibi idu
mea et reges eiꝰ et oēs duces eiꝰ qui da
ti sunt cū exercitu suo cū interfectis gla
dio: et qui cū incircūcisis dormierunt et
cū his qui descēderūt in lacū. Ibi prin
cipes aquilonis oēs et vniuersi vena
tores qui deducti sunt cū interfectis pauen
tes et in sua fortitudine confusi: qui dor
mierūt incircūcisi cū interfectis gladio: et
portauerūt cōfusionē suā cū his qui de
scēderūt in lacū. Uidit eos pharao et con
solatꝰ est sup vniuersa multitudine sua
que interfecta est gladio pharao et oīs exer
citꝰ eiꝰ: ait dñs deꝰ: quia dedit terrorē suū
in terra viuētiū et dormiuit in medio
incircūcisorū cū interfectis gladio pha
rao et oīs multitudo eiꝰ: ait dñs deus.
C. C. S. De speculatore qui buccina ex
citet peccatores redeāt ad penitentiam
quisqꝫ iudicabit vbi inuenietur: sermo dñi
contra eos qui in multitudine non in fide
volūt hereditatē possidere: et contra eos
qui verba ꝓphetie vertūt in cāticū. Ca. xxxiij.
Et factū est verbū dñi ad me di
cēs. Fili hoīs loquere ad filios
populi tui et dices ad eos. Terra cū in
duxero sup eā gladiū: et tulerit popu
lus terre virū vnū de nouissimis suis
et cōstituerit eum sup se speculatorem:
ille viderit gladium venientē sup ter
ram et cecinerit buccina et annunciaue
rit ꝑplo. Audiēs aūt quisquis ille est so
nitū buccine: et nō se obseruauerit ve
neritqꝫ gladius et tulerit eū: sanguis
ipsius sup caput eiꝰ erit. Sonum buccī
ne audiuit et nō se obseruauit: sanguis
eius in ipso erit. Si aūt se custodierit:
aīam suā saluabit. Quia si speculator

viderit gladiū venientē et nō insonue
rit buccina: et ꝑplus se nō custodierit ve
neritqꝫ gladius et tulerit de eis aīam: il
le quidē in iniquitate sua captus est: san
guinem aūt eiꝰ de manu speculatoris
requirā. Et tu fili hoīs speculatorē de
di te domui israel. Audiens ergo ex ore
meo sermonē: annūciabis eis ex me.
Si me dicente ad impiū impie morte
morieris nō fueris locutus vt se custo
diat impius a via sua: ipse impius in ini
quitate sua morietur: sanguinem aūt eiꝰ
de manu tua requirā. Si aūt annūciā
te te ad impium vt a viis suis ꝯuerta
tur: nō fuerit ꝯuersus a via sua: ipse in
iniquitate sua morietur. Porro tu aīam
tuā liberasti. Tu ergo fili hoīs dic ad
C domū israel. Sic locuti estis dicentes
Iniquitates nostre et peccatā nr̄a sup nos
sunt et in ipsis nos tabescimus. Quo
mō ergo viuere poterimus? Dic ad eos.
Uiuo ego: dicit dñs deus. Nolo mor
tem impij: sed vt ꝯuertatur impius a via
sua et viuat. Conuertimini a vijs vr̄is
pessimis. Et quare moriemini domus
israel? Tu itaqꝫ fili hoīs dic ad filios po
puli tui. Iustitia iusti nō liberabit eū
in quacūqꝫ die peccauerit: et impietas
impij nō nocebit ei in quacūqꝫ die cō
uersus fuerit ab impietate sua, et iu
stus nō poterit viuere in iustitia sua in
quacūqꝫ die peccauerit. etiā si dixero
iusto quod vita viuat: et ꝯfisus in iustitia
sua fecerit iniquitatem: oēs iustitie eiꝰ
D obliuioni tradentur: et in iniquitate sua quā
operatꝰ est in ipsa morietur. Si aūt dixe
ro impio morte morieris et egerit pe
nitentiā a peccatō suo feceritqꝫ iudiciū
et iustitiā et pignꝰ restituerit ille impiꝰ
rapinā qꝫ reddiderit in mādatis vite
ambulauerit nec fecerit quicquā iniustū
vita viuet et nō morietur. Cūcta peccatā eiꝰ
que peccauerit: nō imputabunt ei. Iu
diciū et iustitiā fecit: vita viuet. Et di
xerūt filij ꝑpli tui. Nō est equi pōderis
via dñi: et ipsorū via iniusta est. Cū e
recesserit iustꝰ a iustitia sua feceritqꝫ
iniquitates morietur in eis. Et cū recesse
rit impius ab impietate sua: feceritqꝫ
E iudiciū et iustitiā viuet in eis. et dici
tis. Non est recta via dñi. Unūquēqꝫ
iuxta vias suas iudicabo de vobis do
mus israel. Et factū est in duodecimo
anno in decimo mense in quinta mensis
trāsmigrationis nostre venit ad me qui
fugerat de hierusalē dicens. Uastata
est ciuitas. Manus aūt dñi facta fue
rat ad me vespere anteqꝫ veniret qui fu

gerat aperuitqꝫ os meū donec veniret
ad me mane et aperto ore meo nō silui
amplius. Et factū est verbū dñi ad me
dicens. Fili hoīs: qui habitāt in rui
nosis his sup humū israel loquentes
aiunt. Unus erat abraam et hereditate
possedit terrā. Nos aūt multi sumus
nobis data est terra in possessionē. Id
circo dices ad eos. Hec dicit dñs deꝰ.
Qui in sanguine comeditis et oculos
vestros leuatis ad immūdicias vestras
et sanguinē funditis nūquid terrā he
reditate possidebitis? Stetistis in gla
dijs vestris: fecistis abominationes: et
vnusquisqꝫ vxorē proximi sui polluit:
F et terrā hereditate possidebitis? Hec
dices ad eos. Sic dicit dñs deus. Ui
uo ego: quia qui in ruinosis habitāt gla
dio cadēt: et qui in agro est bestijs trade
tur ad deuorādū: qui aūt in presidijs et spe
luncis sunt peste morientur. Et dabo ter
ram in solitudinē et in desertū et defi
ciet superbia et fortitudo eiꝰ: et desola
buntur mōtes israel eo quod nullus sit qui per
eos transeat: et scient quia ego dñs: cū de
dero terrā eorū desolatā et desertā ꝓ
pter vniuersas abominationes suas
G quas operati sunt. Et tu fili hoīs filij
populi tui qui loquūtur de te iuxta mu
ros et in ostijs domorū: et dicūt vnus
ad alterum vir ad ꝓximū suum loquē
tes. Uenite et audiamꝰ quis sit sermo
egrediens a dño. Et veniunt ad te quasi
si ingrediatur ꝑplus: et sedent corā te po
pulus meus et audiunt sermōes tuos
et nō faciūt eos: quia in cāticū oris sui
vertunt illos: et auaritiam suā sequitur
cor eorū: et es eis quasi carmē musicum
quod suaui dulciqꝫ sono canitur. et audiūt
verba tua et non faciunt ea: et cum vene
rit quod predictū est: ecce eñ venit: tunc
scient quia prophetes fuerit inter eos.
C. C. S. Sermo dñi contra pastores ne
gligētes: et opprimentes gregem: que
rentes que sua sunt et promissio de pa
store nouo: et pluribus benedictionibꝰ.
Capitulum. xxxiiij.
H Et factū est verbū dñi
ad me dicēs. Fili hoīs
ꝓpheta de pastoribꝰ
israel: ꝓpheta: et dices
pastoribꝰ. Hec dicit dñs
deus. Ue pastoribꝰ is Mic.23.a.
rael qui pascebant se 23.q.4.c.
metipsos. Nonne greges a pastoribꝰ displicet.
pascuntur? Lac comedebatis: et lanis ope 2.q.6.ca.
riebamini et quod crassum erat occidebatis quod erraue
tis: gregē autē meum non pascebatis. rat.

Quod ifirmũ fuit nõ ꝓsolidastis: ⁊ qõ
egrotũ nõ sanastis: qõ ꝓfractũ est nõ
alligastis: et qõ abiectũ est nõ reduxi
stis: ⁊ qõ periebat nõ q̃sistis: sed cũ an
46. di. c. B sprietate imperabatis eis: ⁊ cũ potẽtia
Et diffusi sũt oues mee eo q̃ nõ ẽt pa
stor: ⁊ facte sunt in deuoratione omẽ
bestiarũ agri ⁊ dispersi sunt. Errauerũt
greges mei in cũctis mõtib⁹ ⁊ ꝑuiuer
so colle excelso: et sup oẽm facie terre
dispsi sunt greges mei: ⁊ nõ erat qui
requireret. Nõ erat inquã qui requireret.
Propterea pastores audite verbũ dñi
Viuo ego dicit dñs de⁹: q̃ ꝓ eo q̃ fac
ti sunt greges mei in rapinã et oues
mee in deuoratione omẽ bestiarũ agri
eo q̃ nõ esset pastor: neq; enim q̃sierunt
pastores greges meũ: sed pascebãt pa
stores semetipsos ⁊ greges meos nõ
C pascebãt: ꝓpterea pastores audite verbũ
dñi. Hec dicit dñs deus. ecce ego
ipse sup pastores requirã gregẽ meũ de
manu eor: ⁊ cessare eos facã vt vltra
nõ pascãt gregẽ meũ nec pascãt ãplꝫ
pastores semetipsos. Et liberabo gre
ges meũ de ore eor: ⁊ nõ erit vltra eis
in escã. Quia hec dicit dñs deus. ecce
ego ipse requirã oues meas: visitabo
D eos. Sicut visitat pastor gregẽ suũ in
die q̃ fuerit i medio ouiũ suarũ visi
parat: sic visitabo oues meas et libera
bo eas de omib⁹ locis in q̃b⁹ dispsi fue
rãt in die nubis et caliginis ⁊ educaz
eas in terrã suã: ⁊ pascã eas in monti
bus israel in riuis et in cũctis sedib⁹
terre in pascuis vberrimis pascẽ eas:
⁊ in mõtib⁹ excelsis israel erũt pascue
eor. Ibi requiescẽt in herbis viridib⁹: ⁊
in pascuis pinguib⁹ pascent sup mõtes
israel. Ego pascã oues meas: ⁊ ego eas
accubare faciã dicit dñs deus. Qõ pe
rierat requirã: q̃ abiectũ erat reducã
⁊ qõ ꝓfractũ fuerat alligabo: ⁊ qõ ifir
mũ fuerat ꝓsolidabo: ⁊ qõ pinguẽ ⁊ for
te custodiam: et pascã illas in iudicio.
E Vos autẽ greges mei. Hec dicit dñs
deus. Ecce ego iudico inter pecꝫ ⁊ pe
cus arietũ ⁊ hircorũ. Nõne satis erat
vobis pascua bona depascere? Jn superi
reliquas pascua vestra cõculcastis pedi
bus vestris: ⁊ cũ purissimã aquã bibere
tis: reliquã pedib⁹ vestis turbabãt. Et
oues mee his q̃ conculcata pedib⁹ vestis
fuerãt pascebãt: ⁊ q̃ pedib⁹ vestis turba
uerãt hec bibebãt. Propterea hec di
cit dñs deus ad vos. Ecce egoipse iu
dico inter pecus pingue ⁊ macilentũ.
Pro eo q̃ latericib⁹ ⁊ humeris impinge
batis ⁊ cornib⁹ vestris vẽtilabatis oẽ
infirma pecora donec dispergerẽt
ras saluabo gregẽ meũ ⁊ nõ erit vltra
in rapinã: ⁊ iudicabo inter pecꝫ ⁊ pe
cus. Et suscitabo sup eas pastorẽ vnũ q̃
pascat eas seruũ meũ David: ipse pasce
eas et ipse erit eis in pastorẽ. Ego aũ
dñs ero eis in deũ: ⁊ seruus meus da
uid princeps in medio eorũ. ego dñs
locut⁹ sum. et faciã cũ eis pactũ pacis
⁊ cessare faciã bestias pessimas de ter
ra: et qui habitãt i deserto securi do
mient in saltib⁹: et ponã eos in circu
ru collis mei benedictionẽ: ⁊ deducã
ꝑbem in tempe suo: et pluuie benedictis
erũt. et dabit lignũ agri fructũ suũ:
terra dabit germẽ suũ: erũt i terra
sua absq; timore: et scient q̃ ego dñs
cũ cõtriuero catenas iugi eorũ: et ero
cos de manu imperantũ subiectis
erũt vltra i rapinã gẽtib⁹: neq; bestie
terre deuorabũt eos: sed habitabũt
fidenter absq; vllo terrore. et suscita
bo eis germẽ nominatũ: ⁊ nõ erunt vltra
imminuti fame i terra: neq; portabũt
amplius opprobria gẽtiũ. et scient
ego dñs deus eorũ eis ⁊ ipsi ꝓpls eor
dom⁹ israel ait dñs deus. Vos aũ oves
greges mei greges pascue mee homines
et ego dñs deus vester dicit dñs deus.

C.C.S. Sermo sup montẽ seir: de ꝓ
ditione eius ꝓ eo q̃ effuerit ꝓpulsus
domini. Capitulum.xxxv.



Et fuit ꝰ sermo dñi
me dicẽs. Fili hominis
ne faciẽ tuũ aduersus
montem seir et proꝑ
tẽbis de eo: et dicẽs ei
Hec dicit dñs deus. ecce
ego ad te mons seir: et extẽdã manũ
meã sup te: et dabo te desolatũ atq; de
sertũ. Vrbes tuas demoliam: ⁊ tu deso
lus eris: et scies q̃ ego dñs ego q̃ fu
ris inimicus sempiternus: ⁊ consulens
filios israel in manu gladii ꝰ ꝑ afflic
tionis eor in tẽpore iniqtatis iuni
me. Propterea viuo ego dicit dñs eo
q̃ sanguini tradã te: ⁊ sanguis te
sequet. et cum sanguinem odierit ad
guis ꝑsequet te. et dabo montem seir
desolatũ atq; desertũ: ⁊ auferã de eo
euntẽ et redeuntem ⁊ implebo mõtes
eius occisis suis. In collib⁹ tuis et
pallib⁹ tuis atq; in torrẽtib⁹ tuis
ceci gladio cadẽt. In solitudines
ternas tradã te: ⁊ ciuitates tue nõ ha
bitabũt. et scietis: q̃ ego dñs deus
ego q̃ dixerim: due gentes et due ter

mte erunt et hereditate possidebo eas
cum dñs esset ibi. Propterea viuo ego
dicit dñs deus: q̃ faciaz iuxta irã tuã
et ꝑ zelum tuũ quem fecisti odio ha
bis eos: notũ faciat ꝑ eos cũ te iudi
cat: et scies q̃ ego dñs. Audiui omẽ
blasphemia tua q̃ locut⁹ es de mõ
tibus israel dicens. Deserti nobis ad
deuorandum dati sunt. et insurrexistis
sup me ore vestro et detrogastis adue
sum me. Verba vestra ego audiui. Hec
dicit dñs deus. Zet ãte vniuersa terra
insolitudinẽ te redigam: sicut gauisus
es sup hereditatẽ domus israel: eo q̃
fuerit dissipata: sic faciẽ tibi. Dissipa
tus eris mons seir et idumea omnis. et
scient. quia ego dominus deus.

C.C.S. Quod dñs vindicabit israel de
inimicis suis: et restituet ⁊ multiplica
bit i terrã suã: q̃ afflixit isrl ꝑ peccã
idolatrie: de gẽa et virtute baptismi: po
catur ꝑ ꝓs ad penitẽtiã: etiã ꝑmittit
integra restitutio et multiplicatio.

Capitulum.xxxvi.

TU aũt fili hominis ꝓpheta sup
mõtes israel ⁊ dices. Mõtes is
rael audite verbũ dñi. Hec dicit dñs
deus. eo q̃ dixerit inimicus de vobis
euge altitudines sempiterne in here
ditatẽ date sunt nobis: ꝓpterea pati
cinare et dic. Hec dicit dñs deus. Pro
eo q̃ desolati estis: et cõculcati per cir
cuitũ et facti in hereditatẽ reliquis gẽ
tibus et ascẽdistis sup labium lingue ⁊
opprobrium populi ꝓpterea montes
israel audite verbũ dñi dei. Hec dicit
dñs deus montibus et collibus torrẽ
tibus vallibus q̃q; et desertis: parietis et
vrbib⁹ derelictis que depopulate sunt
et subsannate a reliquis gẽtibus per
circuitũ. Propterea hec dicit dñs deus
Quoniam in igne zeli mei locutus sũ
de reliquis gẽtibus: ⁊ de idumea vniu
rsa que dederũt terrã meam sibi in
hereditatẽ cũ gaudio ⁊ toto corde ⁊ ani
mo: et eiecerũt eam vt vastarẽ. Id
circo vaticinare sup humũ israel: ⁊ di
ces mõtibus et collibus iugis et valli
bus. Hec dicit dñs deus. ecce ego in ze
lo meo et in furore meo locutus sũ eo
q̃ confusionẽ gentium sustinuistis. Id
circo hec dicit dñs de⁹. ego leuaui ma
nũ meam vt gentes que in circuitu
vestro sunt ipse confusionem suã por
tent: vos autẽ montes israel ramos
vestros germinetis: et fructum vestrũ
afferatis populo meo israel. Prope est
vt veniat. Quia ecce ego ad vos: et
conuertar ad vos et arabimini ⁊ acci
pietis semẽtem: et multiplicabo in vo
bis homines omnemq; domum israel
et habitabũt ciuitates et ruinosa in
staurabũtur: et replebo vos hominib⁹
et tumentis et multiplicabũtur ⁊ cre
scent. et habitare vos faciam sicut a
principio bonisq; vobis ꝑ bonis mater
q̃ habuistis ab initio: et scietis q̃ ego
dñs. Et adducam super vos homines
populum meũ israel et hereditate pos
sidebunt te et eris eis in hereditatẽ: ⁊
non addes vltra vt absq; eis sis. Hec
dicit dñs. Pro eo q̃ dicunt de vobis de
notatrix hominum es ⁊ suffocans gen
tem tuam: propterea homines non co
medes amplius: et gentem tuam non
necabis vltra ait dñs deus. Nec audi
tam faciam in te amplius confessionẽ
gentium: ⁊ opprobriũ populi: ⁊ nequa
q̃ portabis et gentem tuam non amit
tes amplius ait dñs deus. Et factus est
verbum domini ad me dicens. Fili ho
minis: domus israel habitauerunt in
humo sua et polluerunt eam in viis et
in studiis suis. Iuxta immunditiã mẽ
struate facta est via eorum coram me: et
effudi Idignationẽ meã sup eos ꝑ san
guine quẽ fuderũt sup terrã. Et in idol
lis suis polluerunt eã ⁊ dispersi eos in
gẽtes: et ventilati sunt in terras. Iux
ta vias eorum et adinuentiões eor iu
dicaui eos. et ingressi sunt ad gentes
ad quas introierunt ⁊ polluerũt nomẽ
sanctũ meũ: dicẽtes de eis populus
dñi iste est et de terra eius egressi sunt ⁊
peperci nomini sancto meo q̃ pollue
rat dom⁹ isrl in gẽtib⁹ ad quas egressi
sunt. Idcirco dices domui israel. Hec
dicit dñs deus. Non ꝑpter vos ego fa
ciam dom⁹ isrl: sed ꝑpter nomen sanctũ
meũ q̃ polluistis in gentib⁹ ad quas
intraltis. et sanctificabo nomen meum
magnũ q̃ polluꝫ est inter gẽtes q̃
polluistis in medio eorũ vt sciãt gẽtes
q̃ ego dñs ait dñs cũ sanctificꝫ fuero in vobis coã eis. Tollã
q̃ppe vos de gentib⁹ ⁊ cõgregabo vos J.39.f.
de vniuersis terris: ⁊ adducam vos in
terram vestrã. et effundã sup vos aquã
mũdã et mũdabimini ab omib⁹ sũnamẽ
tis vestis ⁊ ab vniuersis idolis vestis mũ De pl. dñ.
dabo vos: et dabo vobis cor nouum: et +ca. nec.
spũ nouũ ponã in medio vestri. Et aufe quemq;
ram cor lapideũ de carne vestra ⁊ debo F
vobis cor carneũ: et spũ meũ ponã i J.11.d.
medio vestri ⁊ faciã vt in preceptis meis
ambuletis: et iudicia mea custodiatis et

operemini: & habitabitis in terra quã
dedi patribus vestris: & eritis mihi in po
pulũ: & ego ero vobis in deũ: & saluabo
vos ex omnibus inquinamẽtis vestris: & vo
cabo frumẽtũ & multiplicabo illud: et
nõ ponã vobis famẽ: & multiplicabo
fructus ligni et genimina agrorũ: non
porteris vltra opprobriũ famis in gẽ
tibus: et recordabimini viarũ vestrarũ
pessimarũ: & studiorũq; nõ bonorũ: et
displicebũt vobis iniqtates vestre: & scele
ra vestra. Non propter vos ego faciam
ait dñs deus notũ sit vobis: Confundimini
et erubescite super viis vestris domꝰ
israel. Hec dicit dñs deus. In die qua
mundauero vos ex omnibus iniqtatibus ve
stris: et habitari fecero vrbes: & instau
rauero ruinosa: terra deserta fuerit
exculta quã quondam erat desolata in
oculis omnis viatoris dicẽt. Terra illa
inculta: facta est vt hortus voluptatis: &
ciuitates deserte & destructe atq; suffo
sse munite sederũt. Et scient gẽtes q̃
cũq; dereliquerint in circuitu vestro:
quia ego dñs edificaui dissipata plantauit
q; inculta: ego dñs locutus sum: & feci.
Hec ait dñs deus. Adhuc in hoc inquirent me domꝰ
israel vt faciã eis. Multiplicabo eos sicut gregẽ hominũ vt gre
gẽ sancti vt gregẽ hierusalem in solẽnitati
bus eius. Sic erũt ciuitates desere plene
q; gregibus hominũ: scient quia ego dñs.
CC.S. De gnali resurrectione: de ꝓ
& q; in nouissimis diebus recipiet eũ iu
da & hierusalem & erit vnus pastor. Cap. xxxvii.

Facta est super me manus domi
ni & eduxit me in spiritu
dñi: & dimisit me in medio
campi q̃ erat plenus ossibus: et circumduxit me p
ea i gyro. Erant autẽ multa valde super faciem campi: siccataq;
vehementer. Et dixit ad me. Fili homi
nis putas ne viuent ossa istã? Et dixi.
Domine deus tu nosti. & dixit ad me.
Vaticinare de ossibus istis. & dices eis
Ossa arida audite verbũ dñi. Hec dicit
dñs deus ossibus his. Ecce ego introdu
cam in vos spiritũ et viuetis: & dabo su
per vos neruos & succrescere faciã super
vos carnes et superteda in vobis cu
tem: & dabo vobis spiritũ & viuetis: et scie
tis q̃ ego dñs. & prophetaui sicut pce
perat mihi. Facta est autẽ sonitus pphe
tãte me: & ecce cõmotio. Et accesserunt
ossa ad ossa vnusq̃q; ad iunctura suã.
& vidi & ecce super ea nerui & carnes asce
derunt & extẽta est in eis cutis, desuper:
spiritũ nõ habebant. Et dixit ad me. Va
ticinare ad spiritũ: vaticinare fili hominis
dices ad spiritũ. Hec dicit dominus deus
q̃tuor ventis venite spiritus & insufla super
interfectos istos & resuscitẽt. & pro
phetaui sicut pceperat mihi. Et ingressus
est in eos spiritus & resuxerũt: & steterũt
super pedes suos exercitus grãdis nimis
valde: et dixit ad me. Fili hominis
hec vniuersa domus israel: ipsi dixerũt
arefactũ est ossa nsa & peruta spes nostra
abscisi sumus: ppterea vaticinare et di
ces ad eos. Hec dicit dñs deus. ecce ego
aperiã tumulos vestros: & educã eos de
sepulchris vestris populus meus: et inducam
vos in terrã israel: scietisq; quia
dñs cũ aperuero sepulchra vestra: cũq;
fecero vos de tumulis vestris populus meus
dedero spiritũ meũ i vobis: et viuetis
et requiescere vos faciã super humũ vestrã
et scietis q̃ ego dñs locutus sum: et feci
ait dñs deus. et factus est sermo dñi ad me
dicens. & tu fili hominis sume tibi lignũ
vnũ: et scribe super illud iuda & filios
israel sociũ eius. et tolle lignũ alterũ
et scribe super illũ ioseph lignũ ephrai
et cuncte domus israel sociũ eius: et con
iunge illos vnũ ad alterũ tibi in ligno
vnũ: erũt in vnitate in manu tua. Cũq;
dixerint ad te filii populi tui loquere
nõne indicas nobis quid his tibi vis
lo queris ad eos. Hec dicit dñs deus.
ecce ego assumã lignũ ioseph q̃ est
in manu ephraim & tribus israel q̃ sociã
adiunxerit eũ cum ligno iuda: et faciã eos in lignũ vnũ: erũt
vnũ in manu mea. Erũt autẽ ligna quã
scripseris in manu tua in oculis eorũ
dices ad eos. Hec dicit dñs deus. ecce
ego assumã filios israel de medio nationũ
q̃ abierũt: congregabo eos undique
& adducã eos ad humũ suã. & faciã
eos i gẽtẽ vnã i terra i montibus israel
et rex vnus erit omnibus imperãs: & nõ erũt
vltra duo gẽtes nec diuidẽtur amplius
in duo regna. Neq; polluẽtur vltra in
idolis suis & abominationibus eorũ
& in cũctis iniqtatibus suis: et saluos eos faciã
vniuersis sedibus suis i quibus peccauerũt
et emundabo eos. Et erũt mihi populus
ego ero eis deus: et seruus meus dauid
super eos et pastor vnus erit omnium eorũ
iudiciis meis ambulabunt: et mandata
mea custodient & facient ea. et habita
bũt super terram quã dedi seruo meo
iacob in q̃ habitauerũt patres vestri & habi
tabũt super eã: ipsi: et filii eorũ & filii filiorũ
eorũ vsq; i sempiternũ: et dauid seruus

meus princeps eorũ in perpetuũ. et ponã
ibi fedus pacis: pactũ sempiternũ
erit cũ eis: & ponã eos & multiplicabo
eos: & dabo sanctũ meũ in medio
eorũ i perpetuũ. et erit tabernaculũ
meũ super eos & ero eis deus: et ipsi erũt
mihi populus. Et scient gẽtes: q̃ ego dñs
sanctificator israel cũm fuerit sanctũ
meũ in medio eorũ imperpetuũ.
CC.S. Sermo dñi ptra gog & magog
de interitu eorũ & pcõ populi. Cap. xxxviii.

Et factus est sermo dñi ad me di
cens. Fili hominis pone faciẽ tuam
contra gog et terra magog: principẽ capitis
mosech & thubal et vaticinare de
eo et dices ad eũ. Hec dicit dñs deus.
Ecce ego ad te gog principẽ capitis mo
sech et thubal: et circũagã te: et ponã
frenũ i maxillis tuis: et educã te & omnem
exercitũ tuũ: equos & equites vestitos
omnes vniuersos multitudinẽ magnã
bellatorũ: clypeũ arripientũ: gladiũ. Pro
sectãtes: & dices cũ eis & omnes scutati
& galeati: omnem vniuersa agmina eius
domus thogorma latera aquilonis: & totũ
robur eius populus multus tecũ. Prepara
et instrue tecũ omnis multitudinẽ tuã q̃
congregata est ad te: et esto eis i pceptũ.
post dies multos visitaberis. In nouissimo
annorũ venies ad terrã quã reuocata est a gladio: et cõgregata est de
populis multis ad mõtes israel q̃ fuerunt
desertus iugiter. Hec de populis educta est:
et habitabunt ibi cõfidẽter vniuersi.
Ascendens autẽ quasi tempestas veniet:
et quasi nubes vt operias terrã: tu: et omnia
agmina tua et populus multus tecũ. Hec dicit
dñs deus. In die illa ascendent sermones super cor tuũ: et cogitabis cogitationẽ pessimã: et dices. Ascẽdam ad
terrã absq; muro: veniã ad quiescentes habitantesq; securẽ. Vt oes habitant sine muro: nec vectes porte non sunt
eis. Vt rapias spolia & inuadas predam: mittas manũ tuã super eos qui
deserti fuerãt: et postea restituas: et super populũ q̃ est congregatus ex gentibus: q̃
possidet cũtes: et esse habitatores: vmbilicũ terre. Saba et dedã et negociatores
tharsis: et omnes leones eius dicent tibi.
Numquid ad suscipiendã spolia tu venis?
Ecce ad diripiendã predã cõgregasti
multitudinẽ tuã: vt tollas argentũ &
aurũ: et auferas supellectilẽ atq; sub
stantiã: et diripias manubias infinitas
et prepares vaticinare fili hominis: et
dices ad gog. Hec dicit dñs deus. Nunquid
in die illo cũ habitauerit po
pulus meus israel cõfidenter: ascendes et ve
nies de loco tuo a latere aquilonis: tu
et populi multi tecũ: ascẽsores equorũ omnes
vniuersus magnus exercitus vehe
mens: et ascendes super populũ meũ israel
q̃si nubes vt operias terrã: In nouissimis
diebus eris: et adducã te super terrã
meã: vt sciant gẽtes me cũ sanctificatus
fuero in te: o oculis eorũ o gog. Hec
dicit dominus deus. Tu ergo ille es de
quo locutus sum in diebus antiquis in
manu seruorũ meorũ pphetarũ israel:
q̃ pphetauerũt in diebus illorũ tempore
vt adducerẽt te super eos. Et erit in die
illa: in die aduentus gog super terram israel:
ait dñs deus: ascendet indignatio
mea in furore meo et in zelo meo. In
ignis ire mee locutus sum: q̃ in die illa
erit cõmotio magna super terrã israel:
et cõmouebunt a facie mea pisces ma
ris et volucres celi et bestie agri & oẽ
reptile q̃ mouet super humũ: cunctiq;
homines q̃ sunt super faciẽ terre. Et sub
uertẽtur mõtes: cadẽt saxa: et omnis
murus corruet in terrã: et conuocabo ad
uersus eum in cũctis mõtibus meis gla
dium: ait dñs deus. Gladius vnusquisq;
in fratrem suũ dirigẽt. Et iudi
cabo eũ pestilẽtia et sanguine: et imbre ve
hemẽti et lapidibus immitis. Ignem
et sulphur pluam super eum et super exer
citum eius: et super populos multos qui
sunt cũ eo: et magnificabor: et sanctificabor: et notus ero in oculis multarũ
gentium et scient quia ego dñs.
CC.a.S. In nouissimis diebus insurget gog et magog: et de cõgregatione
animũ et bestiarũ ad edẽda cadauera
eorũ. Capitulũ. xxxix.

Et tu fili hominis vaticinare
de gog et dices. Hec dicit domi
nus deus. ecce ego super te
gog principes capitis mosech et tubal: & circũagãte et educã te
et ascendere te faciã de latere aquilonis: et adducã te super montes israel:
et percutiã arcum tuum de manu sinistra tua: et sagittas tuas de manu dextera tua deiciam. Super montes israel
cades tu et omnes agmina tua: et po
pulus tuus q̃ sunt tecũ. Feris auibus: omni
q; volatili celi et bestiis terre dedi te ad
deuorandũ. Super faciẽ agri cades: q̃
ego locutus sum: ait dñs deus. Et im
mittam ignẽ in magog: et in his q̃ ha
bitant insulis confidenter et scient q̃

ego dñs: et nomē sanctuꝫ meū notū fa-
ciam i medio ppli mei israel: et nō pol
luā nomē sanctū meū āplius: et scient
gentes qꝫ ego dñs sanctus israel. Ecce
venit et factū est: ait dñs deus. Hec est
dies de q̄ locutus sum. Et ingrediētur
habitatores de ciuitatib⁹ israel: et suc
cēdēt et cōburēt arma clypeōꝝ et hastas:
arcus: et sagittas: et baculos manuꝫ: et
cunctos: succēdēt ea igni septē annis
Et nō portabunt ligna de regionibus:
neq̄ succident de saltibus: qm̄ arma
succendent igni: et depreadabuntur eos
quib⁹ prede fuerant: et diripient pasta
tores suos: ait dñs deus. Et erit in die
illa: dabo gog locū nominatum sepul-
chrum in israel vallē viatorū ad orientē
maris: q̄ obstupēre facit p̄ereuntes
et sepelient ibi gog et omnē multitu-
dinē eius: et vocabit vallis multitudi-
nis gog et sepelient eos dom⁹ israel: ut
mundēt terrā septem mensib⁹. Sepe-
lient autē eos oēs pplus terre: et erit eis
nominata dies in qua glorificatus sum
ait dñs de⁹. Et viros iugiter cōstituēt
lustrātes terrā q̄ sepeliāt: et requirāt
eos q̄ remanserant sup faciē terre: vt
emundent eā. Post mēses autem septē
querere incipiēt: et circuibūt peregrā-
tes terrā. Quq̄ viderint os hominis:
statuent iuxta illud titulū: donec sepe-
liant illud pollinctores in valle multi-
tudinis gog. Nomen autē ciuitatis
amona: et mundabunt terrā. Tu ergo
fili hominis. Hec dicit dñs deus. Dic
omni volucri et vniuersis auibus cam
etisq̄ bestiis agri. Cōuenite: pperate:
cōcurrite vndiq̄ ad victimā meā quā
ego immolo vob⁹: victimā grādē sup
montes israel: vt comedatis carnē: et
bibatis sanguinē. Carnes fortiū come
detis: et sanguinē p̄ncipū terre bibe-
tis: arietū: agnorū: et hircorū: taurorū:
q̄ cū atilis pinguium oīm. et comede-
tis adipē in saturitatē: et biberis san-
guinē in ebrietatē de victima quā ego
immolaui vobis: et saturabimini sup
mensam meā de equo et equite fortis:
de vniuersis viris bellatorib⁹: ait dñs
deus. Et ponā gloriam meā in gentibus
et videbūt oēs gētes iudicii meū q̄ fe-
cerim: et manum meā quā posuerim
sup eos. et scient domus israel: qꝫ ego
dñs deus eorū a die illa: et deinceps. et
scient gētes: qm̄ in iniquitate illa capta
sit dom⁹ israel: et q̄ reliquerint me:
et abscondēram faciē meā ab eis: et tra-
didēram eos in man⁹ ostiū: et ceciderint
in gladio vniuersi. Iuxta immundi-
tiam: et scelus feci eis: et abscondi
meā ab illis. Propterea hec dicit
deus. Nunc reducā capriuitatē ia-
cob: et miserebor: oīs dom⁹ israel: et ze-
lābor p nomine sēto meo: et portabūt ig-
nē suā: et oēm p̄uaricationē qua p̄ce-
cati sunt i me: et habitauerint in
sua cōfidenter: neminē formidantē
reducēto eos de ppliis. et cōgregā-
de terris inimicorū suorū: et sanctifi-
cētor in eis in oculis gētiū plurū
et scient qꝫ ego dñs deus eorū: et
trāstulerim eos in nationes: et ag-
uerim eos sup terrā suā: et non ter-
querim quēq̄ ex eis ibi. et non abscō-
dam vltra faciē meā ab eis: et effū-
derim spiritū meū sup oēm domū
israel: ait dñs deus.

C.C.S. De edificatione ciuitatis quā
q̄ stabat i porta: et mēsurabat mura
teriorē cū calamis suis: et ipsius ga-
zophilacia diuersis q̄ erāt in ciuita-
tis: et de locis deputat⁹ ad custodiā
pti: et altar⁹ de mēsa atrij altaris in
caustop: et de mēsura vestibuli templi.

IN decimo q̄nto anno transmigra-
tionis nre in exordio anni: decimo
mēsis quarto decimo anno: postq̄ ce-
cissa est ciuitas: in ipsa hac die fuit
super me man⁹ dñi: et adduxit me ibi
in visionib⁹ dei. Adduxit me in terra
israel: et dimisit me sup mōtē excelsū
nimis sup quē erat q̄si edificatio ciuitatis
vergētis ad austrū: et introduxit me
huc. et ecce vir cuius erat spēs q̄si spē
aeris. et funiculus linteus in manu eius:
et calamus mēsure in manu eius. Et ipse
stabat in porta: et locut⁹ est ad me dicens
Fili hominis: vide oculis tuis: et auribus
audi: et pone cor tuū in cūctis q̄ ego ostē-
dā tibi: quia vt ostēdant tibi adductus
huc. Annūcia cūctis q̄ tu vides domui
israel. Et ecce murus foris: et ecce
dom⁹ vndiq̄: et in manu viri calamus
mēsure sex cubitorū et palmarū: et
est latitudinē edificii calamorū ca-
tudinē q̄q̄ calamo vno. et vidit ipse
tā q̄ respiciebat viā orientalem: et ascē-
p gradū eius. et mensus est limen porte
lamo vno latitudinē. et limen vnum ca-
mo vno latitudine: et thalamus vnus
lamo in longū: et vno calamo in latitu-
dine: et thalamos q̄nq̄ cubitos: et mēsu-
et iuxta vestibulū porte intrinsecus
mo vno. et mensus est vestibulum por-
octo cubitorū: et frōtē eius duo cubi-
Vestibulū autē porte erat intrinsecus

porro thalami porte ad viā orientalē:
tres hinc et tres inde: mēsura una tri-
et mensura vna frontis eorū vtraq̄ pre-
et mēsus est latitudinem limitis: porte
decē cubitorum. et longitudinem por-
te tredecim cubitorū: et marginē ante
thalamos cubitorum: et cubitus vnus
finis vtriq̄. Thalami autē fen cubitorū
erat hinc et inde. et mēsus est portam
a tecto thalami vsq̄ ad tectū eius: latitu-
dinē vigintiq̄q̄ cubitorū: ostij vtra
ostij. et fecit frōtes p sexaginta cubi-
tos: et ad frōtes atrij porte vndiq̄ p
circuitū: et ab facie porte q̄ pteigebat
vsq̄ ad faciē vestibuli porte interioris
q̄quaginta cubitos: et fenestras obli-
quas in thalamis et i frontib⁹ eorū q̄
erāt inter portā vndiq̄ p circuitum.
Similiter autē erāt et in vestibulis fene-
stre q̄ grius intrinsecus et āte frōtes
pictura palmarū eclata. et edūxit me
ad atrius exterius: et ecce gazophilacia
et pauimētū stratū lapide in atrio p
circuitum. Triginta gazophilacia in
circuitu pauimētū et pauimētū i frōte
portarū fm̄ longitudinē portarū erat
inferius. et mēsus est latitudinē a facie
porte inferioris vsq̄ ad frontem atrij
interioris exterius centum cubitos
ad orientem: et aquilonē. Porta quoq̄
que respiciebat viam aquilonis atrij
exterioris mensus est tam in longitu
dine q̄ in latitudine: et thalamos eius
tres hinc et tres inde: et frontē eius et
vestibulū eius fm̄ mēsurā porte prio
ris: quinquaginta cubitorū longitu-
dines eius et latitudinē: vigintiquinq̄
cubitorū. Fenestre autē eius et vestibu
lum: et sculpture fm̄ mēsuram porte q̄
respiciebat ad orientem: et p̄ gradus
erat ascēsus eius: et vestibulū ante eam
et porte atrij interioris cōtra portam
aquilonis et orientalē. et mēsus est a por
ta vsq̄ ad portā centū cubitos. et ed u
sit me ad viā australem: et ecce porta q̄
respiciebat ad austrum. et mensus est
frontē eius et vestibulum eius iuxta me
suras superiores: et fenestras eius: et pos-
tibula in circuitu sicut fenestras cete
ras quinquaginta cubitorū longitudine
et latitudine vigintiq̄q̄ cubitorū: et
in gradib⁹ septem ascendebat ad eam
et vestibulum ante fores eius: et celate
palme erant vna hinc et altera ide in
frontem eius: porta atrij interioris via
australis. et mensus est a porta vsq̄ ad
portam in via australis centū cubitos.
et introduxit me in atrium interius ad
portā australem: mensus est portā iuxta
mēsuras supiores: et thalamū eius et
frontem eius et vestibulū eius vsq̄ mēsu-
ris. et fenestras eius et vestibulū eius i
circuitu quinquaginta cubitos longi
tudinis: et latitudinis vigintiq̄q̄ cu
bitos et vestibulū per gros longitudie
vigintiq̄q̄ cubitorū latitudie q̄q̄
cubitorū. et vestibulū eius ad atrium ex
terius et palmas eius in frontem: et octo
gradus erant quib⁹ ascendebatur per
eam. et introduxit me in atrium inte-
rius p viam orientalem: et mensus est por
tam fm̄ mēsuras superiores: thalamus
eius et frontem eius et vestibulum eius sicut
supiores: fenestras eius et vestibula in
circuitu longitudinem quinquaginta
cubitorū: et latitudine vigintiquinq̄
cubitorū. et vestibulū eius ad atrij exte-
rius: celature palmarū in fronte eius
hinc et inde: et in octo gradib⁹ ascēsus
eius. et introduxit me ad portam
que respiciebat ad aquilonem: et mēsus
est fm̄ mēsuras superiores: thalamus
eius et frontem eius et vestibulum eius
et fenestras eius per circuitū: longitu-
dine quinquaginta cubitorū: et latitu
dine vigintiquinq̄ cubitorū. et vesti-
bulum eius respiciebat ad atrij exte-
rius: celature palmarū in fronte eius
hinc et inde: et in octo gradib⁹ ascēsus
eius. et per singula gazophilacia ostij
in frōtib⁹ portarū: et ibi lauabāt ho-
locaustū. et i vestibulo porte sue men
se ble et due mēse: inde vt immolēt sup
eas holocaustum: et pro peccato et p
delicto. et ad latus exterius q̄ ascen
dit ad ostiū porte que pergit ad aquilo
nem due mēse. et ad latus altere ante
vestibulū porte due mense. Quattuor
mēse hinc et quattuor mēse inde. Per
latera porte octo mēse erāt sup quas
immolebāt. Quattuor autem mēse ad
holocaustū de lapidibus quadris ex-
tructe longitudie cubiti vnius et dimi
dij: et latitudie cubiti vnius et dimidij
et altitudie cubiti vnius: sup q̄s ponēt va
sa i q̄b⁹ Immolāt holocaustū et victima
et labia eius palme vnius reflexa in trin
sec p circuitū. Sup mēsas autē carnes
oblatione. et extra portā interiorē gaz-
ophilacia cātorū in atrio interiori: q̄s
erat i latere porte respicientis ad aquilo
nem: et facies eorū contra viā australem vna
et latere porte orientalis: q̄ respiciebat
ad viā aquilonis. et dixit ad me. Hoc est
gazophilacium q̄s respicit viā meridia
nam sacerdotū qui excubant in custo

dñi templi. Porro gazophylacium quod
respicit ad viam aquilonis sacerdotum
erit qui excubant ad ministerium altaris
Isti sunt filii sadoch qui accedunt de fi
lijs leui ad ministrandum mihi. Et men
sus est atrium longitudine centum cubi
torum et latitudine centum cubito
rum quadrum altare ante templum. Et ecce
duxit me ad vestibulum templi et mensus est
vestibulum quinque cubitis hinc et quinque
cubitis inde. Et latitudine porte trium
cubitorum hinc et trium cubitorum inde. Lon
gitudine autem vestibuli viginti cubitorum
et latitudine undecim cubitorum. Et octo
gradibus ascendebat ad eam. et columne
erant in frontibus vna hinc et altera inde.
C.C.S. Mensurat templum et sanctuarium
de cochlea qui agitur de holitus templi et
sanctuarium holitarius sanctuarij. Cap. xli.

B

I introduxit me in tem
plum et mensus est frontes
ser cubitorum latitudinis
hinc et ser cubitorum lati
tudinis inde latitudine
tabernaculi. Et latitu
do porte decem cubitorum
erant latera porte quinque
cubitorum hinc et quinque cubitorum. Et mensus est
longitudinem eius quadraginta cubitorum et
latitudinem viginti cubitorum. et introgressus
intrinsecus mensus est in fronte porte duos
cubitos: et porta ser cubitorum et latitu
dinem porte septem cubitorum. Et mensus est
longitudinem eius viginti cubitorum et latitu
dinem eius viginti cubitorum: ait ad me. Hic est sanctum. Et
venit ad me. hic est sanctum. Et
mensus est parietem domus ser cubitorum latitudinis
latera quatuor cubitorum
undique circuitus domus. Latera autem lati
ad latitudinem triginta tria. Et erant emineni
a ingrederentur per parietem domus la
teris per circuitum per ambitum et non atti
gerent parietem templi. Et platea erat in ro
tundum: ascendens sursum per cochleam: in en
naculum templi deferebat per gyros. Idcirco
latius erat templum in superioribus. Et sic de
inferioribus ascendebat ad superiora per in
medium. et vidi domus altitudinem per cir
cuitum fundata latera ad mensuram calami
ser cubitorum spacium latitudinis per parietem
laterum fundamentum quinque cubitorum. Et erat
interior domus. et lateribus domus. Et inter
gazophylacia latitudinem viginti cubito
rum per circuitum domus undique: et ostium la
teris ad australem ostium ad viam aquilonis:
et ostium unum ad viam australem: et lati
tudinem loci ad occidentem quinque cubitorum
in circuitu. Et edificium quod erat separatum
versumque ad viam respicientem ad occidentem
latitudinis septuaginta cubito
rum erat edificium quinque cubitorum
ambitus per circuitum et longitudo eius
ginta cubitorum. Et mensus est domum
longitudine centum cubitorum: et quod separatum
erat edificium et pariete eius longitudo
centum cubitorum. Latitudo autem antistitis
domus et eius quod erat separatum pariete eius
centum cubitorum. Et mensus est longitudinem
edificii pariete eius quod erat separatum
ad dorsum hecthecas et vtraque parte
cubitorum. et templum interius et porticus
la atrij limina et fenestras obliquas
ethecas per circuitum per tres partes contra
cuiusque limen stratum ligno per
circuitum. Terra autem usque ad fenestras
et fenestre clause super ostia: et usque
domus interiorem et foris usque ad
parietem per circuitum intrinsecus et foris
eius ad mensuram fabrefacta cherubim
et palme. et palma inter cherubim cherubim
Duasque facies habebat cherubim
bim iuxta palmam et alia pars facies
leonis iuxta palmam et alia pars facies
per omnem domum in circuitu: de terra usque
ad superiora parietis cherubim et palmas
late erant in pariete templi. Limen quadratum
et facies aspectus sanctuarij quasi aspectus
arcus altaris ligneri trium cubitorum
erat: et longitudo eius duorum cubitorum
et angulus eius et longitudo eius et parietes
eius ligneri. et locutus est ad me. hic est
mensa coram domino. et duo ostia erant templo
templo et sanctuario: et duobus ostiis erant
duo per bina erant ostiola quibus se
plicabant. Bina ei ostia erant ante
pte ostium. et celata erant in ipsis ostiis
templi cherubim et sculptura palmarum
in parietibus quasi expressa erant. Quidem
et grossitudo erant ligna in postibus
et fenestras obliquas: sup quibus fenestre obliquae
similitudo palmarum hinc atque inde in
meritis vestibuli: sic latera domus
et structuram parietum.

C.C.S. De gazophylacio australis
aquilonaris edificium et descriptione
edificatorum de locis vbi edificabantur
dotes: quod erant ad prosa nisi dupli
cis vestimentum ministerium sumendum
rus diuinis sanctuarij a populorum

C

Et duxit me ad atrium exterius
ducendo ad aquilonem. et eduxit me
in gazophylacium quod erat prospiciens
edificium et contra edificium quod erat
nem in facie longitudinis centum cu
tos ostij aquilonis: et latitudinem quin
ginta cubitos contra viginti cubito

rum interiorum et contra pauimentum
stratum lapide atrij exterioris: erat
porticus iuncta porticui triplici. Et ante
gazophylacia ambulatio decem cubito
rum latitudinis ad interiora respiciens vie
cubitum pro. Et ostia eorum ad aquilonem:
per quam gazophylacia a superioribus
humilioribus quasi supportabat porticus quia ex il
lis eminebat de superioribus nec medius
edificii. Triplex enim erat: nec habebant
columnas sicut erant columne atriorum.
propterea eminebat de superioribus et
de medius a terra cubitis quinquagin.
et pendebat exterior sim gazophylacia quod
erat iuxta atrium exterius ad gazophy
lacia longitudo eius quinquaginta cubitorum
quia longitudo erat gazophylaciorum atrij
exterioris quinquaginta cubitorum: longitudo
autem ante faciem templi centum cubitorum: et
erat subtus gazophylacia hec introitus
ab oriente ingredientibus ea de atrio ex
terior. Latitudinem muri atrij quod erat
contra viam orientalem ante faciem edificij sepa
ratum erant ad edificium gazophylacia et
ea ante faciem contra latitudines gazo
phylaciorum quia erat in via aquilonis. Secun
dum longitudines eorum sic latitudo erat: et
introitus eorum secundum latitudines porta eorum
sim ostia gazophylaciorum quia erat in via
meridiana introitus in ea: et introitus
ante faciem muri ad orientem ingredientibus ea: dixit
ad me. Gazophylacia aquilonis et gazo
phylacia australia sunt ante edificium
separatum hec sunt gazophylacia sancta
quibus reficiunt sacerdotes qui appropin
quant ad dominum sancta sanctorum. Ibi ponent
sanctuarium: et holocaustum et pro peccato
et pro delicto: locus enim sanctus est. Cum autem ingressi
fuerit sacerdotes non egredientur de
sanctuario in atrium exterius: et ibi reponent
vestimenta sua in quibus ministrant: quia sancta
sunt: induentur vestimentis alijs et
sic procedat ad populum. Cum complesset me
mensurare domus interioris: eduxit me per viam
portae quae respiciebat ad viam orientalem: et
mensus est eam undique per circuitum. Mensu
ra est autem contra ventum orientalem cala
mo mensurante in eos calamos in cala
mo mensure per circuitum. et mensus est con
tra ventum aquilonis quingentos calamos
in calamo mensure per circuitum: et mensus est
contra ventum meridianum quingentos calamos in
calamo mensure per circuitum: et ad ventum
occidentalem mensus est quingentos ca
lamos in calamo mensure. Per quatuor
partes mensus est muros eius undique per cir
cuitum longitudine quingentorum cubitorum
et latitudine quingentorum cubitorum: diuis
dente inter sanctuarium et vulgi locum.
C.C.S. Vidit apparitor claritatem dei
gaudet in deo de idolis suis: precipitur
offerre figuram et descriptionem domus
de mensura altaris holocausti: de ritu
eius et sacrificium eiusdem. Cap. xlii.

D

Et duxit me ad portam quae re
spiciebat ad viam orientalem
et ecce gloria dei israel ingre
diebatur viam orientalem et
vox erat ei quasi vox aquarum
tarum: et erat facies eius splendebat a maiestate eius.
et vidi visionem sicut species quam viderat
cum venirem vt disperderet ciuitatem: iuxta
sim aspectum quem viderat iuxta riuum
chobar: et cecidi super faciem meam: et
maiestas domini ingressa est templum per viam
portae quae respiciebat ad orientem: et eleuau
erunt me spiritus et introduxit me in atrium
interius: et ecce repleta erat gloria domini
domus: et audiui loquentem ad me de
domo: et vir qui stabat iuxta me: dixit
ad me. Fili hominis: locus solium meum
cus vestigium pedum meorum: vbi habi
in medio filiorum israel in eternum: non
polluent vltra domum israel nomen sanctum
meum ipsi et reges eorum in fornicationi
bus suis: et in ruinis regum suorum in
excelsis qui fabricati sunt iuxta limen
iuxta limen meum: et postes suos iuxta
postes meos et murus erat inter me et
eos: et polluerunt nomen sanctum meum in
abominationibus quas fecerunt: propter
quod consumpsi eos in ira mea. Nunc ergo
repellant procul fornicationes suas et ruinas
regum suorum a me: et habitabo in me
dio eorum semper. Tu autem fili hominis ostende
domui israel templum: et confundant ab iniq
tatibus suis: et metiantur fabricam: et
si erubuerunt ab omnibus quae fecerunt. Figuram domus
mus et fabricae eius et introitus eius et
omnem descriptionem eius et vniuersa pre
cepta eius: cunctasque ordinationes eius et omnes le
ges eius ostende eis: et scribes in oculis
eorum: et custodiant omnem descriptionem
eius et precepta illius: et faciant ea. Ista est
lex domus in summitate montis. Omnis fines
eius in circuitu sanctum sanctorum est. Hec est lex
domus. Alie autem mensure altaris in cu
bito perfectiores quam habebat cubitum pal
mum. In sinu eius erat cubitum: et cubitum
in latitudine: et ora eius vsque ad
labium eius: in circuitu palmus vnus
Hec quoque erat fossa altaris: de sinu ter
re vsque ad crepidinem nouissimam duo
cubitum: et latitudo cubiti vnius: et a
crepidine minore vsque ad crepidinem

maiorē quattuor cubitis: ⁊ latitudo cubitus vnius. Ipse autē ariel quattuor cubitorum: ab ariel usq; sursum corona quattuor: et ariel duodeci cubitorum in longitudine p duodeci cubitos latitudis quadrangulatū equilaterib⁹: et ascendo ad quattuordecim cubitorū longitudis per quattuordecim cubitos latitudis i quattuor angulis eiⁿ: et corona i circuitu eiⁿ: et in medio cubitū: sinⁿ eiⁿ: omni cubito circuitū. Et ad⁹ascendit eius usq; ad orientē: et dixit ad me. Fili hominis. Hec dicit dnus deus. Hi sunt ritⁿ altaris. In quacunq; die fuerit fabricatus: vt offerat super eum holocaustū: et effundat sanguis. et dabis sacerdotib⁹ et leuitis q̄ sunt de semine sadoch: qui accedunt ad me ait dnus deus vt offerāt mihi vitulum de armento p peccato: et assumes de sanguine eius: et pones super quattuor cornua eius: et super quattuor angulos crepidinis: et super coronā in circuitu: et mundabis illū: et expiabis: et tollēs vitulum qui oblatus fuerit p peccato: vrietur extra sanctuariū. et in loco domⁿ extra sanctuariū. et in die sexto offeres hircum capraruⁿ immaculatū p peccato: et expiabit altare sicut expiauerūt vitulo. Cūq; compleueris expiāns illud: offeres vitulum de armento immaculatū: et arietē de grege immaculatū: et offeres eos i cōspectu dni: et mittēt sacerdotes super eos salē: et offerēt eos in holocaustum dno. Septē diebus facies hircum p peccato quotidie: vitulū de armento: arietē de pecoribus immaculatos. Offerēt septem diebus: et expiabit altare: et mundabunt illud: et implebunt manus eius: expletis autē septē diebus. In die octauo et vltra faciēt sacerdotes super altare holocausta vestra: et q̄ p pace offerūt: et placatus ero vobis: ait dnus deus.

C.C.S. De porta clausa: et ne ingrediēdi intrēt sanctuarium: de settimonia ⁊ hereditate leuitarum. Cap. xliii.

Et conuertit me ad viā porte sanctuarii exterioris: q̄ respiciebat ad orientem: ⁊ erat clausa: et dixit dnus ad me. Porta hec clausa erit ⁊ nō aperietur: et vir non transiet p eā: q̄m dnus deus israel ingressus est per eam: erit q̄ clausa p̄ncipi. Princeps ipse sedebit in ea vt comedat panē coram dno. Per viā porte vestibuli ingredietur: ⁊ per viam eius egredietur: et adducet me p viā porte aquilonis in cōspectu domus: et vidi: et ecce implevit gloria dni domū dni: et cecidi i faciē meam: et dixit ad me dns. Fili homis: pone cor tuum: et oculos tuos: et aures tuas in cuncta quē ego loquar ad te de omnibus ceremoniis domⁿ dni: et de cunctis legibus eius: et pones cor tuum in introitu templi: et in egressibus sanctuarii: et loquēs ad exasperantem me domū israel. Hec dicit dnus deus. Sufficiant vobis cuncta scelera vestra domus israel: eo q̄ induxistis filios alienos incircumcisos corde: et incircumcisos carne: vt essent in sanctuario meo: et polluerent domum meā: et offerētis panes meos adipem et sanguinem: et dissoluistis pactū meum super omnibus scelerib⁹ vestris: et non seruastis mandata sanctuarii mei: et posuistis custodes obseruationū meārum in sanctuario meo vobis metipsis. Hec dicit dnus deus. Omis alienigena incircumcisus corde et incircumcisus carne: nō ingredietur sanctuariū meū: omis filius alienigenarum qui est in medio filiorum israel. Sed et leuites qui recesserūt a me in errore filiorum israel: et erraueruⁿt a me post idola sua: portauerūt iniquitatē suā: erūt in sanctuario meo editui ⁊ tantores portarū domⁿ: et ministri domⁿ. Ipsi mactabūt holocausta et victimas populi: ipsi stabunt coram eis: et ministrēt eis. Eo q̄ ministrauerūt illis in conspectu idolorū suorū: et facti sunt domus israel in offendiculū iniquitatis: idcirco leuabo manū meā super eos: ait dnus deus. Et portauerūt iniquitatē suā: et non appropinquabūt ad me vt sacerdotio fungant mihi: neq; accedēt ad omne sanctuarium meū iuxta sancta sanctorū: sed portabūt confusionē suā ⁊ scelera sua q̄ fecerūt: et dabo eos tantores domⁿ in omni ministerio eius: et omnia quē fient in eo. Sacerdotes autē et leuites filii sadoch: qui custodierunt ceremonias sanctuarii cū errarēt filii israel a me: ipsi accedent ad me vt ministrēt michi: astabunt in conspectu meo vt offerant mihi adipem et sanguinem: ait dnus deus. Ipsi ingredientur sanctuariū meū: et ipsi accedent ad mensam meā vt ministrāt mihi: ⁊ custodiēt ceremonias meas. Cūq; ingrediēntur portas atrii interioris: induent linteas vestimenta: et non ascendet super eos quicq̄ lanēum: q̄n ministrāt in portis atrii interioris: et intrinsecus. Mitre linee erūt in capitibus eorū: et femoralia linea erūt illis: et nō accingent i sudore. Cūq; egredientur atrium exterius ad populum: se vestimētis suis in quibus ministrant: ⁊ reponēt ea i gazophilacio sanctuarii: et induent se vestimētis alis: ne sanctificēt populum in vestib⁹ suis. Capitis autē suum non radent: neq; comam nutrient: sed tondētes tondebunt capita sua. Vinū nō bibet omⁿ sacerdos: q̄ ingressus est atrium interius. et viduam et repudiatam non accipiet vxorem: sed virgines de semine domⁿ israel. Sed ⁊ viduā q̄ fuerit vidua sacerdotis accipiēt. et filiam mulieris q̄ dedūxit de terra israel: et filiam et mulieris oblitēdē eis. et cū fuerit cōtroversia: stabunt in iudicio: et iudicabūt leges meas: et sacrificia mea: et sabbata mea sanctificabūt. Et ad mortuū hominis nō ingredient: ne polluāt: nisi ad patrē ⁊ matrem et filiū et filiam: fratrē sororē q̄ alterū virū non habuerūt: se polluēt. Et post quam fuerit emūdatus: septē dies numerabunt eis. Et die introitus sui in sanctuarium atrii interioris: vt ministret michi in sanctuario: offerat p peccato suo: ait dnus deus. Non erit autē eis hereditas. Ego hereditas eorū. Et possessionem nō dabitis eis i israel: ego et possessio eorū. Victima ⁊ p peccato ⁊ pro delicto: ipsi comedēt: et omne votum israel ipsorū erit. ⁊ primitias oīm primogenitorū et oīa libamēta ex omib⁹ q̄ offerunt sacerdotib⁹ erunt. Et primitias omnium aliorū dabitis sacerdotib⁹: vt requiescat benedictionem domui tue. Omne morticinū ⁊ captū a bestiis de auibus et de pecoribus nō comedēt sacerdotes.

Sed & cani effusi sunt in eo: et ipse ignorauit. Et humiliabit superbia israel in
facie eius. Nec reuersi sunt ad dñm deum
suũ: et nõ q̃siert eũ in omnibus his. Et factus est ephraim quasi columba seducta
nõ habẽs cor. Egypto inuocabãt ad assyrios abierũt. Et cũ pfecti fuerint expãdam sup eos rhete meũ: et q̃si volucrẽ celi detrahã eos. Cedã eos sm auditionẽ cõtẽporis eorũ. Ve eis qm recesserũt
a me. Vastabunt: qz prevaricati sũt in me
Ego redemi eos & ipsi locuti sũt p me
mẽdacia. Et non clamauerũt ad me in
corde suo: sed ululabũt in cubilibus suis
Super triticũ et vinum ruminabãt: et
recesserũt a me. Et ego erudiui eos & cõfortaui brachia eorũ: et in me cogitauerũt maliciã. Reuersi sunt et non sunt
ingo: facti sũt q̃si arcus dolosus. Cadẽt
in gladio principes eorũ a furore linguae
suẽ. Ista subsannatio eorũ in terra egypti
CC.S. Predicit samariam cũ vitulo
suo: et populũ destruendũ p nabucho
donosor: ppter causas plurimas: et vrbes iuda concremendas. Capitulũ.

IN gutture tuo tuba
quasi aquila super domũ
dñi: pro eo q̃ transgressi
sunt fedus meũ: et legem
meã preuaricati sunt. Me
inuocabunt deus meus:
cognouimus te israel. Protecit israel
bonũ: inimicus persequẽs eũ. Ipsi regnauerũt et nõ ex me principes extiterunt
et nõ cognouerũ. Aurũ suũ et argentũ
suũ fecerũt sibi idola vt interirent. Proiecit vitulũ suũ samaria. Iratus est
furor meus in eis. Vsq; quo nõ poterũt
mũdari. Qz ex israel et ipse est. Artifex fecit illũ et nõ est deus: qm in arena
rumpetas erit vitulus samarie: qz vẽtũ
seminabũt et turbinẽ metẽt. Culmus
stãs nõ est in eo germẽ nõ faciet farinã: q̃ si fecerit alieni comedẽt eã. Deuorat est israel. Nunc factus est in nationibus q̃si vas imũdũ: qz ipsi ascẽderũt
ad assur. Onager solitari sibi ephraim
Munera dederũt amatoribus suis: sed
& cũ mercede pducẽt nationes. Nunc
cõgregabo eos & desecent paulũper ab
onere regis & principũ. Qz multiplicauit ephraim altaria ad peccandum: facta
sunt et ara in delictũ. Scribam ei
multiplices legẽs meas: q̃ velut alienę
putate sunt. Hostias offerent: imo
labũt carnes et comedent: & dñs non
suscipiet eas. Nũc recordabitur iniquitatis eorũ: et visitabit peccata eorũ. Ipsi

D De pe di. 4. §. itiq; quoq;

B

C

D

I egyptū puerū: et oblitꝰ est israel
factoris sui: et ędificauit delubra: iu
das multiplicauit vrbes munitas. Et
mittam ignem in ciuitatibus eius: et de
uorabit domos illius.

C.S. Prophetat famē samarie et re
probationē sacrificiorū et capiuitates
israel: pphetas suos deceptos: filios
dicit a pfiꝰ degenerare: et impeat ite
ritatē darēt diꝰ corripientibus illos. ir.

Noli lętari israel: noli exultare si
cut populi qꝰ fornicatꝰ es a deo
tuo. Diligisti mercedē super oēs areas
tritici. Area torcular non pascet eos:
et vinū mentiet eis. Non habitabūt in
terra dñi. Reuersus est ephraim i egy
ptum: et in assyrios pollutum comedet.
Non libabūt dño vinū: et nō placebunt
ei. Sacrificia eorū quasi panis lugentiū
Oēs q̄ comedēt ea cōtaminabunt: q̄
panis eorū ale ipsorū: non introibit in
domū dñi. Quid facietis in die solēni
diei festi: et diei festi dñi. ecce enim profecti
sunt a vastitate. Egyptus cōgregabit
eos: memphis sepeliet eos. Desiderabi
le argentū eorū ortica hereditabit: lap
pa in tabernaculis eorū. Venerūt dies
visitationis: venerūt dies retributio
nis. Sapiat israel stultū: pphetā insa
num virū spiralē. Propter multitudi
nē iniquitatis tuę: et multitudinē amētie
Speculator ephraim cū deo meo: pphe
ta laqueus ruine factus est super oēs vias
eius. Insania i domo dei eius. Profunde
peccauerunt sicut in diebus gabaa. Re
cordabit iniquitatis eorū: visitabit peca
ta eorū. Quasi vuas in deserto inueni israel
quasi primā poma ficulnę in cacumine
eius vidi patres eorū. Ipsi aut ingressi sunt
ad beelphegor: et alienati sunt in con
fusionem facti sunt abominabiles sicut
ea q̄ dilexerūt. Ephraim q̄si auis auola
uit. Gloria eorū a partu et a ventre et a con
ceptu. Q̄ si enutrierint filios suos
absq; liberis eos facta in homine. Heu
t de eis cum recessero ab eis. E. beatus
vt vidi tyrus erat fundata in pulchitu
dine. Et ephraim educet ad interfe
ctorē filios suos. Da eis dñe. Quid da
bis eis? Da eis vulua sine liberis et
vbera arētia. Oēs nequitie eorū i galgal
q̄: ibi odio habui eos. Propter mali
tiam adinuentionum eorū de domo mea
eiciam eos. Nō addam vltra diligere eos. Oēs
principes eorū recedētes. Percussus e
ephraim radix eorū: siccata est fructū
ne quaq; facient. Q̄ t si genuerint inter
ficiam amantissima partū eorū. Abiciet
eos dñs deus meus q̄: non audierunt
eum. et erunt vagi in nationibus.

C.S. De vite frondosa et sterilitate
prospera dicit interitū israelitarū
tides terre ppt idola: arguit eqd
q̄ dederat ad pomitū et paucitate
rā penitentiam: alioqn affiget. Osee.

Vitis frondosa israel: fructificans
quantus est ei. Secūm multitudi
nē fructus sui multiplicauit aras:
iuxta vbertatē terre suę erudierūt
mulachetis. Diuisus est cor eorū: nūc
interibit. Ipse pfringet simulachra eorū
vastabit aras eorū. Quia tuncnō
est rex nobis. Nō enim timemus
Et rex q̄d faciet nobis? Loquimini
da visionis inutilis: iuraciis fecit fe
dera: et germinabit quasi amaritudo
iudicium super sulcos agri. Vacca
bethauē coluerunt habitatores sa
marie. Quia luxit super eū populus eius
et sacerdotes eius super eū exultauerūt in gloria
eius: q̄ migrauit ab eo. Etiam ipse
in assyriam delatꝰ est munus regi ul
ti. Confusio ephraim capiet: et confu
dēt israel in voluntate sua. Transiuit
samaria rege suū quasi spuma super
ciem aquę. Et disperdent excelsa
peccati israel. Lappa et tribulus ascen
det super aras eorū. Et dicent montibus
operite nos: et collibus cadite super
nos. Et dicit gabaa peccauit israel: ibi
steterunt. Non cōprehendet eos in gaba
prelium super filios iniquitatis. Iuxta
desiderium meū corripiam eos. Congre
gabunt super eos populi cum corripiet
pter duas iniquitates suas. Ephraim
vitula doctaq̄ diligere triturare: ego aut
iuxta super pulchritudinē colli eius. Ascen
dam super ephraim. Arabit iudas: et
fringet sibi sulcos iacob. Seminate
vobis in iustitia: et metite i ore misericordie
innouate vobis nouale. Tempus
tem requirēdi dñm: quū venerit qui docebit
vos iustitiam. Arastis impietatem
iniquitatē messuistis: comedistis fructum
mendacii. Quia cōfisus es in viis
tuis: et in multitudine fortium tuorū
surget tumultus in populo: et omnes
munitiones tue vastabuntur: sicut vastatus
est salmanasar domus eius: et ceciderunt
ibi baal in die prelii: matre super filios
elisa. Sic fecit vobis bethel a facie
litie nequitiarum vestrarum.

C.S. Deus cōmemorat bnficia sua
et increpat ingratitudinē israelitarū
mit patris effectū i punitōe israelitarū
de de aduētu xpi vocatione ecclesiarū

Sicut manetrāsiit pēsiit
res israel: q̄ puer israel: et di
lexi eū et ex egypto voca
ui filium meū. Vocauerūt
eos sic abierūt a facie
eorū. Baalim immolabant
et simulachris sacrifica
bant. Et ego quasi nutricius ephraim
portabā eos in brachiis meis et nesciē
runt q̄ curarēt eos. In funiculis adam
traham eos in vinculis charitatis. Et
ero eis quasi exaltēs iugum super mari
lla eorum: et declinauī ad eū vt pascere
eum. Non reuertetur in terrā egypti et
assur ipse rex eius: q̄m nolauerūt cōuer
ti. Cecidit gladius in ciuitatibus eius: et
cōsumet electos eius: et comedet capi
ta eorum. et populꝰ meus pēdebit ad
reditū meum. Iugum aut imponet eis
simul q̄ non auferetur. Quomodo da
bo te ephraim: protegā te israel? Quo
modo dabo te sicut adama: ponam te
vt sedom. Conuersum est in me cor meū
pariter cōturbata est pientudo mea.
Non faciam furorem ire mee. Nō puer
tar vt disperdā ephraim: q̄m deus ego
et nō homo. In medio tui sanctus: et nō
egrediar ciuitatē. Post dñm ambula
bunt. Quasi leo rugiet: q̄ ipse rugiet
et formidabūt filii maris. et auolabūt
quasi auis de egypto: et quasi columba
terra assyrios: et collocabo eos in do
mibus suis dicit dñs. Circumdedit me
ephraim in negotiatione: et in dolo domꝰ
israel: iudas aut tristis descendit cum
deo et cum sanctis fidelibus.

C.S. De pena israel et iuda de bnfi
cis factis iacob: et malicia filiorum eius:
so ephraim et chanaan: et de reuocatio
ne ppli pphetas: de iuda sequēte ita
israel et de bnficiis factis iacob. Cap. xii.

Ephraim pascebat ventū: ipse
autē q̄ sequēbat estū. Tota die mē
dacium vastitatē multi
plicat. et fedus cū assy
rios iniit: et oleū i egy
ptū ferebat. Iudicium q̄
dñs cū iuda: et visitatio
super iacob. Iuxta vias eius: et iuxta adin
uentiones eius: reddet ei. In vtero supe
plantauit fratrē suū: et fortitudine sua
directꝰ est cum angelo. et inualuit ad an
gelū: et confortatus est. Flevit et rogauit
eum: in bethel inuenit eū: et ibi locutꝰ est
nobiscum. Et dñs deus exercituū: dñs
memoriale eius. et tu ad dñm deū tuū
conuertēris. Misericordiam et iudicium custodi: et
spera in deo tuo semp. Chanaan i manu
eius statera dolosa: calumniari dilexit. Et
dixit ephraim. Verūtamen diuitꝰ effectꝰ sū
inuenit idolum mihi. Oēs labores mei
nō inuenient mihi iniquitatē quā peccauī
et ego dñs deus tuus ex terra egypti.
Adhuc sedere te faciā in tabernaculis
sicut in diebus festiuitatis. et locutꝰ sū
super pphetas: et ego visione multiplicā
uit in manu pphetarū assimilatus sū
Si galaad idolū: ergo frustra erāt in
galgal boues immolātes. Nā et altaria
eorū quasi acerui super sulcos agri. Fu
git iacob in regionem syriē: seruiuit is
rael in vxorē: vxorē fuiuit. In pphe
ta aut eduxit dñs israel de egypto: et in
pheta seruatꝰ est. Ad iracundiā me pro
cauit ephraim in amaritudinibus suis:
et sanguis eius super eum venietꝰ oppro
brium eius restituet ei dñs deus suus.

C.S. De idolatria ephraim: et de dño
persequēte ipsum: q̄ solus deus est edinu
ens: et ipse memor peccatorū: de passio
ne xpi et aduētus eius et destructione
mortis inferni. Capitulum. xiii.

Loquente ephraim: horror: iuasit
israel: et deliqit in baal: et mortuꝰ
est. et nunc addiderūt ad peccādū. Fe
cerūtq; sibi conflatile de argento suo
quasi similitudinē idoloꝝ. Factura ar
tificiū totū est. Ipsi ipsi dicūt. Immola
te homines vitulos adorantes. Idcirco
erūt quasi nubes matutina et sicut ros
matutinꝰ pteriēs. Sicut pulus turbi
ne raptꝰ et area: sicut fumus de fuma
rio. Ego aut dñs deus tuꝰ ex terra egy
pti: et deū absq; me nesciēs: et saluator:
nō est preter me. ego cognoui te i deser
to in terra solitudinis: iuxta pascua sua
adimpleti sunt: et saturati sunt. et ele
uauerunt cor suum: et obliti sunt mei.
et ego ero eis quasi leena sicut pardus
in via assyriorum. Occurram eis quasi
vsa raptꝰ catulis: et diruptā interiora
cordis eorū. Et cōsumā eos ibi q̄si leo
bestia agri scindet eos. Perditio tua
israel: tūmodo i me auxilium tuū. Ubi est
rex tuꝰ. Maxime nūc saluet te in omnibus
vrbibus tuis: et iudices tuos de q̄ dixi
stis: da mihi regē et principes. Dabo tibi
regē i furore meo: et auferā in indigna
tione mea. Colligata est iniquitas ephraim
absconditū peccātū eius. Dolores parturi
entis venient ei. Ipse filius nō sapiēs. Nūc
cū nō stabit in contritione filiorū. De
manu mortis liberabo eos: de morte
redimam eos. Ero mors tua o mors:
ero morsus tuus inferne. Consolatio
absconditā est ab oculis meis: quia ipse

Ecc. 23.a.

Prouerb. 17.b.

Ecc. 5.a.

Heb. 2.d.

inter fratres diuidet. Adducet ventus
vrtem dñs de deserto ascendentem: et
siccabit venas eius: et desolabit fontem
eius et ipse diripiet thesaurum omnis
vasis deliderabilis.

C.C.S. De interitu samarie: monet cõ
uerti ad dñm z pñiteri z puerti ab assur
et puersis: promittit bona plurima si tñ
non vltra redeat ad peccatum. Capitulum

A Qreat samaria: qm ad amaritudinẽ edcitauit deum suũ. In gladio percent: paruuli eorum elidãtur: z
fetę eius scindant. Conuerte israel ad
dñm deũ tuũ qm corruisti in iniqtate
B tua. Tollite vobiscũ verba: z puertimi
ni ad dñm: et dicite ei. Oẽm auferi iniq
tatẽ: et accipe bonũ z reddem⁹ vitulos
labiorũ nostrorũ. Assur nõ saluabit nos.
Sup equos nõ ascẽdem⁹ nec dicemus
vltra du nostri opera manuũ nostrarũ
qr eius qui in te est miserebere pupilli.
C Sanabo cõtritiones eorũ: diligam
eos spõtanee: qr auersus est furor me
us ab eis. Ero quasi ros z israel germi
nabit sicut lilium: z erumpet radix ei⁹
vt libani. Ibunt rami eius: et erit ma
gnificentia eius: et odor eius vt li
bani. Conuertent sedẽtes in vmbra ei⁹
viuẽt tritico. Et germinabũt quasi vi
nea: memoriale eius sicut vinus libani.
D Ephraim quid mihi vltra idola? Ego
exaudiũ z dirigam eũ: ego vt abiet̃pi
Dick.9.d. rentẽ: ex me fructus eius inuentus est.
Quis sapiens et intelliget istã: intelli
gens: et sciet hec? Qr recte vie dñi: et
iusti ambulabunt in eis: preuaricatores
vero corruent in eis.

C Explicit Osee propheta.

C Incipit plogus in iohel ppheram.

Sanctus iohel apud he
braeos post osee ponitur.
Et sicut ibi sub nomine
ephraim ad decem trib⁹
cõferẽ paticipium: z vel
samaria vel israel sepe
memorat: iste in hũc ppheẽ omne qd
dicit ad tribũ iuda: z ad hierusalẽ pti
nere credendum est: z nullã omnino is
rael. i. decẽ tribũ in hoc fieri mẽtionẽ
Osee.1.c. Topos quoq; quib⁹ ppheauit eadem
debemus accipere que in osee legimus
in ieb⁹ ozie: ioathã et achaz et ezechie
regũ iuda: et in diebus hieroboam filij
ioas regis israel. porro factũ esse fer
monẽ dñi ad meritũ ei⁹ referẽ cui fit:
Ps.11.7.a. non ad conditionẽ eius qui fieri dicit
alibi legimus. Dñs factus est mihi in
saluẽ. Auditus est in scripturis san
ctis: nõ est iste qui ad aures sonet
in corde percipitur: iuxta illũ qui
loquit. Qui habet aures audiẽdi audi.
Quod aũt dicit habitate hoc
grece enchezziste notisti habitatio
nat auribũ percipite. ppterea aure
corde percipit. Qui sonos sunt dicẽ
tes audiunt spiritualiter: z dicũt
tant in terra: appellãturq; terra auri
trib⁹ percipit. Vbicunq; aũt bene
habitatores penitur nõ ad simplicitã
bouis sonitus: sz ad recõditã sapiẽ
intelligẽtiã pertinent intelligẽtes.
In genesi lamech loquitur ad vxo
res suas et ada et sella. Audite voces
vrores lamech: auribũ percipite ver
ba mea. Qr virũ occidi in vulnẽ
et iuuenem in liuorem meum. et ecce
Audite celi z auribus percipite terra.

C Item alius plogus in eodẽ.

Iohel filius phatuel describit ter
ram duodecim tribuũ: bruchus
bruchu locusta rubigine vastante de
sumptã et post reuersionẽ populi
populus effusum tri spiritũ sanctũ sup z
uos dei z ancillas. i. sup centũ viginti
credentiũ nomina z fuerunt pariter
cũ eis sion. Qui centũ viginti ab vno
cũq; ad quindecim paulatim sperantes
mẽta surgẽtes: quidecim gradẽ tem
merũ efficiunt: q in psalterio ascẽsi
cõtinent. Et trib⁹ igitur generib⁹ ve
teriũ hec sumunt principia: tres sil
argumentorũ partes: et quib⁹ loquit
sol et omnis oratio. Aut cũ vocabu
lis aut benuolos: aut attẽtos audiẽtes
debet efficere. Hic ergo ppheta ma
gnitudine cladis sumens principium
eosq; qui audituri erant: volens ad
penitẽtiã puocare: reddit attẽtos ebri
ans futurũ malum vt considerantes
venture cladis asperitatẽ: ocius em
perẽt penitẽtiã. In hoc ppheta ideo
nec reges nec tẽpora sunt posita
quia iisdem temporib⁹ ac regib⁹ quib⁹
osee ppheauerat et ipse prophetauit.
Iohel interpretatur incipiens aut ori
descensus. Phatuel vero aut aperiens
aut ostium dei. Tropologice hoc de
qui ostiũ dei et sententiã habuerũ ape
tam: recte incipit prophetare.

C Explicunt prologi.

C Argumentum in eodẽ.

C Iohel de tribu ruben: natus
in agro bethoron: vbi etiã pu
ce mortuus est et sepultus.

C Explicit argumentum.

C Incipit Iohel propheta.

C.C.S. propheta: cõtra iudeã quatuor plagas et eorum dominẽtes: vt pri
mam futurã in malis et sacerdotes
vt pangant: et ipse plagit rastitatem
terre. Capitulum. i.

Verbũ dñi qd factũ est
ad iohel filium phatuel
Audite hec senes: au
rib⁹ percipite oes ha
bitatores terrẽ: nũq factũ
est istud in diebus ve
stris: aut in diebus pa
trum vestrorũ. Sup hoc filios vestros
narrate: et filij vestri filios suos: et filij
eorũ generationi alteri. Residuũ eruci
cõmedit locusta: et residuũ locuste
comedit bruchus: et residuũ bruchi
comedit rubigo. Expergẽscimini ebri
qui et plorate oes qui habitis vinũ in
dulcedine: qm perut ab ore vestro. Gens
enim ascendit super terram meã fortis z
innumerabilis. Dentes eius vt dentes leo
nis: molares eius vt catuli leonis. Po
suit vineã meã in desert: et ficũ meã z
decorticauit. Nudãs spoliauit eam et
proiecit: albi facti sunt rami eius. Plange
qm virgo accincta sacco sup virũ pu
bertatis suę. Perijt sacrificiũ z libatio
de domo dei tui: luxerũt sacerdotes mi
nistri dñi. Depopulata est regio: luxit
humus: quia depopulatum est triticũ. Cõfu
sum est vinũ: languit oleũ. Confusi
sunt agricolę: ululauerũt vinitores super
frumento: in hordeo: quia perijt
messis agri. Vinea confusa est et ficus
languit: malogranatũ et palma z malũ
et ciuitas: siccati sunt: quia cõfusum
est gaudium filijs hominũ. Accingite eos
et plangite sacerdotes: ululate ministri
altaris. Ingredimini cubate in sacco
ministri dei mei: quia interijt de domo
dei vestri sacrificiũ et libatio. Sanctifi
cate ieiunium: vocate cetum congregate
senes oes habitatores terre in domũ
dei vestri. Et clamate ad dñm. Heu: ut
quia prope est diꝰ dñi: et qm vastitas
a potente venit. Nunq nõ coram oculis
vestris ablata perierũt de domo dei ve
stri letitia et exultatio? Cõputruerunt
iumenta in stercore suo: diuersoria sunt
destructa: fracta sunt apothecę: qm cõ
fusum est triticum. Quid ingemuit ani
malia: mugierunt greges armentorũ: qr nõ
sunt eis. Sed et greges pecorũ
perierũt. Ad te dñe clamabo: quia
ignis comedit speciosa deserti: et flãma
succendit omnia ligna regionis. Sed z bes
tię agri qm area sitis imbri: suspere
rũt ad te: qm exiccati sunt fontes aqrũ
et ignis deuorauit speciosa deserti.

C.C.S. Iubet dñs sonitu tubarũ predi
cari aduentum hostiũ: quorũ aduẽtus
de cribitur et crudelitas: hortatur ad
penitentiã: bona plurima penitentib⁹
pmittit: de missione spiritussanctiet
tempore passionis. Capitulum. ij.

Canite tuba in sion: ululate in mõte sancto meo. A
Conturbent oes habi
tatores terre: qr venit
dies dñi: quia prope est
dies tenebrarũ z caligi
nis: dies nubis z tur
binis. Quasi mane expansum sup mon
tes ppls multus et fortis. Similis ei
nõ fuit a ꝓncipio: et post eũ nõ erit vs
q; in ãno generationis z generationis. Ante
faciẽ ei⁹ ignis vorabit: et post eum cru
rens flãma. Quasi hortus voluptatis
tra coram eo: et post eũ solitudo deserti:
neq; est q effugiat eũ. Quasi aspectus B
equorũ z aspectus eorũ qsi equites sic cur
rent. Sicut sonitus qdrigarũ sup ca
pita mõtiũ exilient: sicut sonitus flãme
ignis deuorantis stipulã: velut ppls
fortis preparatus ad predũ. A facie
eius cruciabunt ppli: omes vultus redi
gentur in ollam. Sicut fortes current:
qsi viri bellatores ascendẽt murũ. Vi
ri in vijs suis gradiẽtur: et non declina
bũt a semitis suis. Vnusquisq; fratrẽ
suũ non coarrabit: singuli in calle suo
ibulabũt. Sed et per fenestras cadẽt
et nõ demolient. Vrbẽ ingredientur: in
muro currẽt. Domos cõscendent: per
fenestras intrabũt qsi fur. A facie eius
cõtremuit terra: mouẽtur sunt celi. Sol et C
luna obtenebrati sunt: z stellę retrahe
runt splendorẽ suũ. Et dñs dedit vocẽ
suã ante faciem exercitus sui: qr multa
sunt nimis castra eius: qr fortia z facien
tia verbũ eius. Magnus enim dies dñi z
terribilis valde: et quis sustinebit eũ?
Nũc ergo dicit dñs. Conuertimini ad
me i toto corde vestro in ieiunio: et in fletu
et in planctu et scindite corda vestra: Ps.35.a.
nõ vestimẽta vestra. Et conuertimini ad
dñm deũ vestrũ: qr benignus et mise
ricors est patiẽs et multe mie et pœni
tens super malicia. Quis scit si cõuerta Jone.3.d
tur et ignoscat: et relinquat post se be
nedictionẽ: sacrificiũ et libamen dño D
deo nostro. Canite tuba in sion sancti
ficate ieiunium: vocate cetũ: congregate
ppli: sanctificate ecclesiã: coadunate
senes: cõgregate paruulos: et sugẽtes

phera. Egrediat sponsus de cubili suo: et sponsa de thalamo suo. Inter vestibulum et altare plorabunt sacerdotes ministri domini et dicent. Parce domine parce populo tuo: ne des hereditatem tuam in opprobrium vt dominentur eis nationes.
E Quare dicitur in populis vbi est deus eorum? Zelatus est dominus super terram suam: et pepercit populo suo. et respondit dominus et dixit populo suo. ecce ego mittam vobis frumentum et vinum et oleum: et replebimini in eis: et non dabo vobis vltra opprobrium in gentibus. et eum qui ab aquilone est procul faciam a vobis: et expellam eum in terram inaquosam et desertam. Faciem eius contra mare orientale: et extremum eius vsque ad mare nouissimum: et ascendet fetor eius: et ascendet putredo eius: quoniam supbe egit. Noli timere terra exulta et letare: quia magnificauit dominus vt faceret. Noli timere animalia regionis: quia germinauerunt speciosa deserti: quia lignum attulit fructum suum ficus et vinea dederunt vtutem suam.
F et filii sion exultate et letamini in domino deo vestro: quia dedit vobis doctorem iustitie: et descendere faciet ad vos imbrem matutinum et serotinum sicut in principio. et implebunt aree frumento et redundabunt torcularia vino et oleo. et reddam vobis annos quos comedit locusta bruchus et rubigo et eruca. Fortitudo mea magna quam misi in vos. et comedetis vescentes: et saturabimini: et laudabitis nomen domini dei vestri qui fecit mirabilia vobiscum. et non confundet populum meum in sempiternum: et scietis quia in medio israel ego sum. et ego dominus deus vester: et non est amplius: et non confundet populus meus in eternum. et erit post hec effundam spiritum meum super omnem carnem: et prophetabunt filii vestri et filie vestre. Senes vestri somnia somniabunt: et iuuenes vestri visiones videbunt. Sed et super seruos meos et ancillas in diebus illis effundam spiritum meum et dabo prodigia in celo et in terra sanguinem et ignem et vapores fumi.
Act. 2. g. Sol conuertetur in tenebras et luna in sanguinem antequam veniat dies domini magnus et horribilis. et erit omnis qui inuocauerit nomen domini saluus erit: quia in monte sion et in hierusalem erit saluatio sicut dixit dominus et in residuis quos dominus vocauerit.

¶ C.S. De iudicio post puersionem iudeorum sub nomine tyri et sidonis vtra romanos quasi pro templo hierusalem posuerunt in templum pacis: et de liberatione populi tempore eyri: vocant omnes et mouentur ad iudicium de sepulchris. de reiectione sanctorum: de predicatione apostolorum: de baptismum et de visione sanctorum.

Ecce ego in illis diebus et in tempore illo cum conuertero conuertam captiuitatem iuda et hierusalem congregabo omnes gentes et deducam eas in valle iosaphat: et disputabor cum eis ibi super populo meo et hereditate mea israel: quia disperserunt eam inter nationes: et terram meam diuiserunt. et super populum meum miserunt sortem. et posuerunt puerum in prostibulo: et puellam vendiderunt pro vino vt biberent. Ueruntamen quid mihi et vobis tyrus et sidon et omnes terminos palestinorum: numquid vltionem vos reddere mihi? Et si vindicatis in me: cito velociter reddam vltionem vestram super caput vestrum. Argentum meum et aurum tulistis: et desiderabilia mea pulcherrima intulistis in templis vestris. filios iuda et filios hierusalem vendidistis filiis grecorum: vt longe facerentis eos de finibus suis. Ecce ego suscitabo eos de loco in quo vendidistis eos: et conuertam retributionem vestram in caput vestrum. et vendam filios vestros et filias vestras in manibus filiorum iuda: et venundabunt eos sabeis genti longinque: quia dominus locutus est. Clamate hoc in gentibus: sanctificate bellum: suscitate robustos. Accedant: ascendant omnes viri bellatores. Confringite aratra vestra in gladios et lignos vestros in lanceas. Infirmus dicat: fortis ego sum. erumpite et festinate gentes de circuitu et congregamini: ibi occumbere faciet dominus robustos tuos. Consurgant et ascendant gentes in valle iosaphat: quia ibi sedebo vt iudicem omnes gentes in circuitu. Mittite falces quoniam maturauit messis. Uenite et descendite: quia plenum est torcular. Scaturierunt lacus: quia multiplicata est malitia eorum. populi populi in valle percussionis: quia iuxta est dies domini in valle concisionis. Sol et luna obtenebrati sunt: et stelle retraxerunt splendorem suum. et dominus de sion rugiet: et de hierusalem dabit vocem suam. et mouebitur celum et terra: et dominus spes populi eius: et fortitudo filiorum israel. et scietis quia ego dominus deus vester habitans in sion in monte sancto meo. et erit hierusalem sanctum: et alienigene non transibunt per eam amplius. et erit in die illa: stillabunt montes dulcedinem: et colles fluent lacte: et omnes riuos iuda ibunt aquis: et fons de domo domini egredietur: et irrigabit torrentem spinarum. Egyptus in desolationem erit:

Edom in desertum perditionis: pro eo quod iniquum egerunt filios iuda: quia effuderunt sanguinem innocentem in terra sua. et iudea in eternum habitabitur: et hierusalem in generatione et generationem. Et mundabo sanguinem eorum quos non mundaueram: et dominus habitabit in sion.

¶ Explicit Iohel ppheta.

¶ Incipit prologus in Amos ppheta.

Quia res cum de religione solicite emulatur numero filiorum amore vocauit pro precepto regis moysi arcepto thuribulo: vt filiorum libri secundum pontificum solent sacerdotale officium amare conatur. Ob ea re terremotus in tempore ozie contigit: et ita ea contra ppheta meminit. Ante hunc quinque terremotus. Amos ppheta tpibus predicit regum israel tpibus hieroboam filii ioas regis israel in eis gentes quas lectione comprehendit sunt ira dei ob eas causas quas memorant futura denunciat. Et quidem ppheta sequitur hir. Sup tribus iniquitatibus super quatuor: non conuertam eum: pro tribus indulgentia deuitare possit significatique quarto cadet pro admittentibus: nec penitentia nec indulgentia futuri annunciat. Ita per tribus iniquitatibus quasi plurimas gentes immoratur: quarto iniquitatem grauem atque irremediabilem ira ad iudicium carnifice cruciatum predicare potuit demonstrare.

¶ Item alius prologus.

Amos ppheta pastor et rusticus: et ab vno modo a distrinxit: genus pacis vobis explicare non potest. Quis enim dignetur comprehendere tria et quatuor sceleri damascenorum: idumee filiorum ammon et moabitarum: septimo octauoque gradu iudee et israel. Pie loquitur ad paccatum quasi quasi quasi

de pe. dis. 3. c. super tribus.

carmeli. Hec dicit dñs de⁹. Super tri
bus scelerib⁹ damasci et sup quattuor
nõ cõuertã cum eo q̃ triturauerunt
in plastris ferreis galaad. Et mittã
ignẽ in domũ azahel: et deuorabit do
mos benadab. Et conteram vectem da
masci: et disperdam habitatorẽ de cãpo
idoli: et tenentẽ sceptrũ de domo pos
luptatis: & trãsferet ppls syrie ꝓcedẽ
dicit dñs. Hec dicit dñs. Sup tribus
scelerib⁹ gaze: & sup ꝗtuor nõ puertã
cum eo q̃ trãsluerit captiuitatẽ pfec
tam: vt penderet eã i idumea. Et mittã
ignẽ i murũ gaze: et deuorabit edes
eius: et disperdã habitatorẽ de azoto:
et tenentẽ sceptrũ de ascalon: et puer
tã manũ meã sup acharon: et pibunt re
liqui philistinorũ: dicit dñs deus. Hec
dicit dñs. Sup trib⁹ scelerib⁹ tyri: et
sup quattuor nõ puertã eũ: eo q̃ con
clauerint captiuitatẽ perfectã in idu
mea: & nõ sint recordati fœderis fratrũ
et mittã ignẽ i muro tyri: et deuora
bit edes eius. Hec dicit dñs. Sup trib⁹
scelerib⁹ edom: et sup quattuor nõ cõ
uertã cum eo q̃ persecutus sit i gladio
fratrẽ suũ: et violauerit misericordiam eius: et
tenuerit vltra furorẽ suũ: et iracũdiam
suã fuauerit in finẽ. Mittã ignẽ
in themã: et deuorabit edes bosre. Hec
dicit dñs. Sup trib⁹ scelerib⁹ filiorũ
ammõ: sup quattuor nõ cõuertã eũ
eo q̃ vlsiscuerit prægnãtes galaad ad
dilatandũ terminũ suũ: et succẽdam
ignẽ in muro rabbath: et deuorabit
edes eius in vlulatu in die belli: et in
turbine i die cõmotionis: et ibit melchon in captiuitatẽ ipse et principes
eius simul: dicit dñs.

C.C.S. Vltio dñi cõtra moab pro cru
delitate in mortuos: cõtra iudã & israel
pro cõtemptu legis pro idolatria: de
beneficiis dei et ingratitudine populi
de destructione ipsorũ. Cpm. ii.

Hec dicit dñs. Sup trib⁹
scelerib⁹ moab: et sup
ꝗtuor nõ puertã eũ: eo
q̃ incenderit ossa regis
idumee vsq; ad cineres.
Et mittã ignẽ i moab:
et deuorabit edes carioth: et morietur in
sonitu moab in clãgore tuba: et disperdã
iudicẽ de medio eius: et oẽs principes
eius interficã cũ eo: dicit dñs. Hec dicit
dñs. Sup trib⁹ scelerib⁹ iuda & super
quattuor non cõuertã eũ: eo q̃ abiecerit
legẽ dñi: & mãdata eius nõ custodierit. Deceperũt eũ eos idola sua: post
quæ abierãt pres eorũ. Et mittã ignẽ
in iudã: et deuorabit edes hierusa
lem. Hec dicit dñs. Sup tribus scele
rib⁹ israel: sup ꝗtuor nõ cõuertã eũ:
q̃ vendiderit p argẽto iustũ: & pau
perem p calceamentis. Qui cõtera
pulueres terre capita pauperũ: et
mitis declinãt. Et filius & pater ad
ad puellã: vt polluãt nomẽ sanctũ
meũ. Et super vestimẽtis pignorãtis
nitunt iuxta oẽ altare: et vinũ damnatorũ
bibebãt i domo dei sui. Ego aũt de
minui amorẽ eũ a facie eorũ: cui
tudo cedroꝝ altitudo eius: et fortitudo
q̃si ꝗrcus. Et cõtriui fructũ eius de
super: et radices eius subter. Ego sum q̃ ascẽdere fecit de terra egypti: et
pos i deserto q̃dragintã annis: vt possi
deretis terrã amorrei: et suscitaui de
filiis vestis i pphetas: et de iuuenibus
vestis nazareos. Nũquid nõ ita est filii israel
dicit dñs. Et ppinabatis nazareos vi
nũ: & pphetis mãdabatis: dicẽtes
pphetis. Ecce ego stridebo sub
vos sicut stridet plaustrũ onustũ fe
no. et pibit fuga a pocior: fortis non
tinebit virtutẽ suã: et robustus non
uabit vlam suã. et tenẽs arcũ non
bit: et velox pedib⁹ suis nõ saluabit
et ascẽsor equi nõ saluabit anima suã
et robustus corde inter fortes nudus
effugiet in illa die: dicit dñs.

C.C.S. De penis discordantiũ ex
pus domini contemptũ: de iniqui
tibus: de destructione israel pro cu
tria et delicto. Cpm. iii.

Audite verbũ qd locut⁹ est dñs
sup vos filii israel: sup oẽ cognatione quã eduxi de tra egyptiorũ.
Tantũmodo vos cognoui ex oẽbus
gitationibus terre. Idcirco visitabo
sup vos oẽs iniqtates vras. Nũquid
ambulabunt duo pariter: nisi pactũ
eis? Nũquid rugiet leo in silua: nisi
buerit prædã? Nũquid dabit catulus
leonis vocem de cubili suo: nisi aliquid
apprehẽderit. Nũquid cadet auis in
quicũ terre absq; aucupe? Nũquid
ferẽt laqueus de tra: nisi q̃d ceperit
Si clãget tuba in ciuitate: ppls
expauescet. Et erit malũ in ciuitate
dñs nõ fecerit. Q: nõ facet dñs deus
verbũ nisi reuelauerit secretũ suũ
suos pphetas. Leo rugiet: quis
nõ timebit? Dñs de⁹ locut⁹ est: quis
pphetabit? Audite hũc sermonẽ
i domibus tre egypti: et dicite
congregamini super montes samarie:

et videte iniqtates multas i medio eius: et
calũnias patientes i penetralib⁹ eius.
Et nesciunt facere rectũ: dicit dñs:
thesaurizantes iniqtates et rapinas in
ædibus suis. Propter hec dicit dñs deus.
Hostis circũ terra: et detrahet
fortitudinẽ tuã: et diripient edes
tas. Hec dicit dñs. Quãdo eripiet pastor de
ore leonis duo crura aut extremũ au
ricũlũ: sic eripiẽtur filii israel habitãtes in
samaria in plaga lectuli: & in damasci
grabato. Audite et testimini in do
mo iacob: dicit dñs de⁹ exercituũ: q̃
in die cũ visitare cœpero prauaricationes
israel sup eũ visitabo et sup altaria be
thel: amputabũtur cornua altaris: et
cadẽt in terrã. Et percutã domũ
hyemalẽ cum domo estiua: et peribunt
domus eburnee: et dissipabũtur edes
multe: dicit dñs.

C.C.S. De penis optimatũ sive ꝛpo
rum: de paucitate pauperũ: de ruina
ppli q̃ se pro deo ponit. Capitulũ.

Audite verbũ hoc vaccæ pingues
quæ estis in monte samarie: quæ
calũniã facitis egenis et confringitis
pauperes. Que dicitis dominis ve
stris: afferte et bibemus. Iurauit dñs
deus in sancto suo: q̃ ecce dies venient su
per vos: et leuabũt vos in pristis: et reli
quos vestros i ollis feruentib⁹: & pactus
ibit altera vtra altera: & pucie
mini i ermõ: dicit dñs. Venite ad bethel
et ipse iniqtãte: ad galgalã multiplicate
iniqtatẽ. Et offerte mane victimas
vestras: tribus decimas vras. Et
sacrificate de fermẽto laudẽ: et vocate
voluntarias oblationes: et annunciate.
Sic enim voluistis filii israel: dicit dñs
deus. Unde et ego dedi vobis stupore
dentium: cũctis cibis vestris: in indigẽ
tia panis in cunctis locis vestis: et non
estis reuersi ad me: dicit dñs. Ego aũt
prohibui a vobis imbrẽ cũ adhuc tres
menses superessent vsq; ad messem: & pluit
super vnã ciuitatẽ: & super alterã ciuitatẽ non
pluit. Pars vna cõpluta est: & pars
super quã nõ pluit aruit. Et venerũt duo
ciuitates ciuitates ad vnã ciuitatẽ: vt
biberent aquã: et nõ sunt satiate: et non
redistis ad me: dicit dñs. Percussi vos in
vento vstilitatis: in rubigine multitudi
nis bonorũ vestrorũ: vineas vestras: et
olera vestra: et ficetũ vestrũ comedit eru
go: et non redistis ad me: dicit dñs.
Misi in vos mortẽ in via egypti: occisi
in gladio iuuenes vestros vsq; ad ca
pitiuitatẽ equorũ vestrorũ: & ascẽdere
feci putredinẽ castrorũ vestrorũ in naribus
vestris: et nõ redistis ad me: dicit dñs.
Subuerti vos sicut subuertit dñs so
domã et gomorram: et facti estis sicut
torris raptus ab incendio: et non redi
stis ad me: dicit dñs. Quapropter hec
facã tibi israel. Postq̃ aũt hec feceri
tibi: ꝓparare in occursũ dei tui israel.
Qui ecce formãs montes & creãs ventũ
& enũciãs hominẽ eloquium suũ: faciẽs
matutinã nebulã & gradiẽs sup excelsa
terre: dñs de⁹ exercituũ nomẽ eius.

C.C.S. De plãgẽ ꝓpectũ captiuitatẽ
israel p idola: reuocat & monet q̃rere
dñm: cõmoratis penas de tribus af
flictionibus iude de reprobatione festi
uitatum et sacrificiorũ: et de idolatria
ipsorũ. Capitulũ. v.

Audite verbũ istud qd ego leuo sup vos plã
ctũ. Domũ israel ecce
dit: et nõ adiicet vt
resurgat. Virgo israel
iecta est i terrã suã
et non est qui suscitet
eã: q̃ hec dicit dñs de⁹. Urbs de qua
egrediebant mille: reliquentur in ea cen
tum: et de qua egrediebant centũ relin
quent in ea decẽ in domo israel: q̃ hec
dicit dñs deus domui israel. Querite
me & viuetis: & nolite q̃rere bethel: et
galgalam nolite intrare: et in bersabee
nõ trãsibitis: q̃ galgala captiua duce
tur: et bethel erit inutilis. Querite do
minũ & viuite: ne forte ꝓrumpat domũ
vt ignis ioseph: et deuorabit: & nõ erit
qui extinguat bethel: qui puertitis in
absinthũ iudicium: & iusticiam in terra
relinquitis facientẽ arcturũ & orientes
et cõuertẽtẽ in mane tenebras: et dies
in nocte mutãtem. Qui vocas aquas
maris et effundit eas sup faciẽs terre:
dñs nomẽ est eius. Qui fulget vastitã
tem sup robustũ: et depopulationẽ
sup potẽtem affert. Odio habuerunt
corripiẽtem in porta: et loquẽtem per
fecte abominati sunt. Idcirco pro eo
q̃ diripiebatis pauperes: et prædã ele
ctam tollebatis: ad eo domus quadro
lapide ædificabitis: & nõ habitabitis i
eis. Vineas amãtissimas plantabitis
et nõ bibetis vinũ earũ: q̃ cognoui
multa scelera vestra: et fortia peccata
vestra. Hostes iusti accipiẽtes munus:
et pauperes deprimẽtes in porta. Idco
prudẽs in tẽpore illo tacebit: q̃ tem
pus malũ est. Querite bonũ et non
malũ: vt viuatis: et erit dominus deus

Ro. 13. c.

Sophon. 1. c.

Ps. 96. b. Ro. 12. c.

exercituum: odite malū et diligite bonū: et constituite in porta iudicium: forte miserebitur dñs dēus exercituū reliquiis ioseph
Propterea hec dicit dñs dēus exercituū dñator. In omnibus platheis plancus: et in cunctis que foris sunt dicetur: ve: ve.
Et vocabunt agricolam ad luctū: et ad planctū eos qui sciunt plangere. Et in omnibus vineis erit planctus: quia pertransibo in medio tui: dicit dñs. Ve desiderantib⁹ diem dñi. Ad quid ea vobis? Dies dñi ista tenebre: et non lux. Quomodo si fugiat vir facie leonis: et occurrat ei vrsus: et ingrediat domū: et innitat manu sua sup parietē: et mordeat eum colubr. Nūqd non tenebre dies dñi: et nō lux? caligo: et non splēdor in ea? Odi et proiecī festiuitates vestras: et nō capiam odorē cetuū vrsū. Quod si obtuleritis mihi holocausto mata et munera vestra nō suscipiam: et vota pinguium vestrorū nō respiciam. Auferā a me tumultū carminū tuorū: et cantica lyre tue nō audiam. Et reuelabitur sicut aqua iudicium: et iustitia sicut torrēs fortis. Nūqd hostias et sacrificia obtulistis michi in deserto quadraginta annis domus israel? Et portastis tabernacula moloch deo vrsō: et imaginē idolorū vrsō: sidēr dei vrsi rempham figuras quas fecistis vobis adorare eas. Et migrare vos faciā trās damascū: dicit dñs deus exercituū nomen eius.

CC S. Cōtra pmatos pplorū delicios de vastatione et iteritu iude et israel q dñm confisi natura mutare. Cpm. vi.

Ve vobis q opulenti estis in syon: et diffidentis i mōte samarie: optimates capita populorū: ingredientes pōpatice domū israel. Transite in calane et videte: et ite inde in emach magnam: et descendite in geth palestinorū: et ad optima quoq; regna horū: si latior terminus eorū terminō vestro est. Qui separati estis in diem malū: et appropinquantis solio iniquitatis. Qui dormitis i lectis eburneis: et lasciuistis in stratis vrsis. Qui comeditis agnos de grege: vitulos de medio armenti: qui canitis ad vocem psalterii. Sicut david putauerūt se habere vasa cantici bibentes vinum in phialis: et optimo vnguento delibuti: et michil patiebantur super cōtritione ioseph. Quapropter nunc migrabunt in capite transmigrantium: et auferet factio lasciuentium. Iurauit dñs deus in anima sua: ait dñs deus exercituum: Detestor ego superbiam iacob: et domos eius odi: et tradam ciuitatem cum habitatoribus suis. Et si remanserint decem viri in domo vna: et ipsi mortui fuerint. Et tollet eos propinquus suus: et cremabit eos: vt efferat ossa de domo: et dicet ei qui in penetralibus domus est. Numquid adhuc ibi penes te? Et respondebit: finis est. Et dicet ei. Taceat ne memoria nostra dñi. Quia ecce dñs mandabit: et percutiet domum maiorem ruinis: et minorem conscissionibus. Nūquid currere queunt i petris equi: aut arabit in bubalis? Quoniam conuertistis in amaritudinem iudicium: et fructum iustitiae in absinthium: qui letamini in nihilo: qui dicitis. Nūquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? ecce suscitabo super vos domum israel: dicit dñs deus exercituum: et conteret vos ab introitu emathi: usq; ad torrentē deserti.

CC S. De captiuitate israelis futura per ciuitates et iudeam per nabuchodonosor: et per turrulla cremētarū de amalia sacerdote contradicētē amos. Cpm. vii.

Sic ostendit michi dñs deus. Et ecce fuerat fetus in principio germinationis serotinus: et ecce serotinus post tonsionem regis. Et factum est cum consummasset comedere herbam terre: dixi. Domine deus parce: quis resurget iacob? quoniam paruulus est. Misertus est dñus super hoc. Non erit hoc: dicit dñs deus. Hec ostendit michi dñs deus: et vocabat iudicium ad ignē dñs deus: et devorabit abyssum multam: et comedisset partem. Et dixi. Dñe deus desine: quis suscitabit iacob? quoniam paruus est. Misertus est dñus super hoc. Non erit hoc: ait dñs deus. Et ecce dñs stans super murum litatum: et in manu eius trulla cremētarū. Et dixit dñs deus ad me. Quid tu vides amos? et dixi. Trullā cremētarū. Et ait dñs. Ecce ego ponā trullā in medio populi mei israel. Nō adiciam vltra ut pertranseam eum. Et demolientur excelsa isaac: et sanctificabuntur sacra israel deserta: et domus israel gladio consurgam sup domū hieroboam. Et misit amasias sacerdos bethel ad hieroboam regem israel: dicens. Rebellauit contra te amos in medio domus israel: non potest terra sustinere omnes sermones eius. Hec enim dicit amos. In gladio morietur hieroboam: et israel captiuus migrabit de terra sua. Et dixit amasias ad amos. Quid vides? ite: fuge in terram iuda: et comedito ibi panem: et prophetabis ibi: et in bethel nō adicies vltra vt prophetes: quia sanctuarium regis est: et domus regni est. Respondit amos: et dixit ad amasiam. Non sum propheta: nō sum filius prophete: sed armentarius ego: et sycomorus. Et tulit me dñs de post pecus: et de pastore gregis. Et dixit dñs ad me. Vade: prophetā ad ppm meum israel. Et nūc audi verbum dñi. Tu dicis: nō prophetabis sup israel: et nō stillabis sup domū idoli. Propter hoc hec dicit dñs. Vxor tua in ciuitate fornicabitur: filii tui et filie tue in gladio cadent: et humus tua funiculo metietur: et tu in terra polluta morieris: et israel captiuus migrabit de terra sua.

CC S. De vicino et festinatione vindicte in populum: de auaritia populi: de fastidio diuitiarum: de captiuitate populi: de fame verbi dei. Cpm. viii.

Sic ostendit michi dñs deus: vnum pomorum: et dixit. Quid tu vides amos? et dixi. Vncinū pomorum. et dixit dñs ad me. Venit finis sup ppm meum israel. Non adiciam vltra vt pertranseam eum. Et stridebunt cardines templi in die illa: dicit dñs deus. Multi mortui in omni loco: proiecti silentium. Audite hoc q cōteritis pauperem: et deficere facitis egenos terre: dicētes. Quando transibit mensis: et vendēdabimus merces: et sabbatum: aperiemus frumentū: vt imminuamus mensuras: et augeamus siclum: et supponamus stateras dolosas: vt possideamus in argento egenos: et pauperes pro calceamentis: et quisquilias frumenti vendamus. Iurauit dñs in superbiam iacob. Si obliuiscar vsq; in finem omnia opera eorū. Nūqd super isto non cōmouebitur terra: et lugebit omis habitator eius? et ascendet quasi fluuius vniuersa: et eiecietur et defluet quasi fluuius egypti. Et erit in die illa: dicit dñs: occidet sol in meridie: et tenebrescere faciam terram in die luminis. et conuertam festiuitates vestras in luctum: et omnia cantica vestra in planctū. et inducam super omne dorsum vestrum saccum: et super omne caput calutitū. et ponam eam quasi luctum vnigeniti: et nouissima eius quasi diem amarum. Et ecce dies venient dicit dñs: et mittam famem in terram: non famem panis: neq; sitim aquarum: sed audiendi verbum dñi. Et commouebunt a mari vsq; ad mare: et ab aquilone vsq; ad orientem circuibūt: quærentes verbum dñi: et non inuenient. In die illa deficient virgines pulchre: et adolescentes in sitiēt iurāt in deuiato samarie: et dicent. Viuit deus tuus dan: et viuit via bersabee. et cadent: et non resurgent vltra.

CC S. De excidio templi vrbis propter auaritiam principum dñs compellendo fugientes: et nationes hominū attendit: sed mors eius de spe resurrectionis instaurantis ecclesie de predicatoribus qui plantauerūt ecclesias: et ipsi in ecclesia plāta dunt. Cpm. ix.

Vidi dñm stantē sup altare. Et dixit. percute cardinem: et commouēt supiminaria. Auaricia enim in capite omnium: et nouissimū eorū in gladio interficiā. Nō erit fuga eis: et q fugerit ex eis nō saluabitur. Si descenderint vsq; ad infernum: inde manus mea educet eos: et si ascenderint vsq; ad celū: inde detrahā eos. Et si abscōditi fuerint in vertice carmeli: inde scrutans auferam eos. Et si celauerint se ab oculis meis in profundis maris: ibi mandabo serpēti et mordebit eos. et si abierint i captiuitatē coram inimicis suis: ibi mandabo gladio: et occidet eos. Et ponam oculos meos sup eos in malū: et non in bonū. Et dñs deus exercituū qui tangit terram: et tabescet: et luget omis habitātes in ea. et ascendet sicut rius alo: et defluet sicut rius egypti. Qui edificat in celo ascensionem suā: et fasciculū suū sup terram fundauit. Qui vocat aquas maris: et effudit eas: super faciem terre: dñs nomen eius. Nūqd nō vt filii ethiopū vos estis mihi filii israel: ait dñs? Nūqd nō israel ascendere feci de terra egypti: et palestinos de cappadocia: et syros de cyrene? Ecce oculi dñi dei sup regnū peccātis: et cōteram illud a facie terre. Verūtamen cōtēdo nō conterā domum iacob: dicit dñs. Ecce ego mādabo: et quatiā i omēs domū israel sicut quatit triticū in cribro: et nō cadet lapillus sup terram. In gladio morientur omis peccatores ppli mei qui dicunt non appropinquabit: et nō veniet sup nos malū. In die illa suscitabo tabernaculum dauid quod cecidit: et reedificabo aperiam muros eius: et ea q corruerat instaurabo. Et reedi

F

24. q. 6. c. odi.

Esa. 1. d.

Mala. 1. c.

B

Actuū. 7.

C

Hic. 51. d.

Ps. 3. d. 7.

B

B

Hic. 44. c.

C

C

Act. 15. c.

D

ficabo eos sicut in diebus antiquis vt possideat reliquias idumee et omnes nationes:
Joel.3.d eo quod inuocatus sit nomen meum super eos: dicit dominus faciens hec. Ecce dies venient: dicit dominus et apprehendet arator messorem calcator: eum mittentem semen. et stillabunt montes dulcedinem: omnes colles cultiplicabunt. et conuertam captiuitatem populi mei israel: et ædificabunt ciuitates desertas et habitabunt plantabunt vineas: et bibent vinum earum: et facient hortos: et comedent fructum eorum. et plantabo eos super humum suam: et non euellam eos vltra de terra sua quam dedi eis dicit dominus deus.

¶ Explicit amos propheta.

¶ Incipit prologus in abdiam prophetam.

Ge.25.d. Iacob patriarcha habuit fratrem esau: qui de rubore corporis sui edom hebraica lingua appellatur. est: quod latine sanguineus dicitur. Iste moriturus fratrem suum israel nomen accepit: graui odio prosecutus est: quod
Ge.27.g. israel nomen accepit: graui odio prosecutus est: quod
I.Reg.d. israel de captiuitate chaldeorum per cyrum regem persarum nutu dei reuocatus in hierusalem ab alio regno grauiter afflictus atque oppressus est: ideo hoc regnum quod more esau priscum populum persecutus est: per denunciationem abdie prophete secrepat: quod non dei ad ignaritatem sui sua virtute populum suum liberabit. Nec quod regno olim per dauid
Ps.136.d psalmo. cxxxvi. dictum est. Memoriare domine filiorum edom in die hierusalem. Hanc reliquam lectione comprehendat: futuris in gentes iudicium ob causam lectione comprehensam. regnum dei in populo israel significatur.
3.Re.18.c Quod deinde hic dicit esse quod sub rege samarie achab et iezabel pauit centum prophetas ipsum baal: et de septem millibus erant qui heliam arguit ignotasse.
Ro.11.a. Sepulchrum quoque eius usque hodie cum mausoleo helisei prophete et baptiste iohannis in sebaste veneratione habet quod olim samaria dicebat. Hanc herodes retinuit in honore augusti cesaris. greco nomine vocauit sebastem. id est augustam. Hic igitur quoque centum prophetas pauerat: accepit gratiam prophalem: de duce exercitus fit dux ecclesie. Tunc in samaria paruus gregem pauerat: nunc in toto orbe christi pascit ecclesias. et sicut stephanus coronam meruit passionis: sic hic de seruitutis dei cum paulo apostolo nolo gloriatur: quod abdias:
Act.6.c. 2.7.g.

seruus domini in nomine sonat electus.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit argumentum.

Abdias qui interpretatur seruus. natus est contra edom sanguinem suum quoque fratrem: fratrem quoque iacob emulum habita pacem spiritualem.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit abdias propheta.

¶ C.S. Edom propter superbiam passus est a nabuchodonosor: propter desertionem et inimicitias fratrem esau: propter insidias quas edom captiuis fecerat et ciuitates iudeorum tyrannorum et alienarum nationum: et de subiectione populi dei.



Visio abdie prophete. Hec dicit dominus deus ad edom. Audiui audiuimus eum legatum ad gentes. Surgite: consurgamus aduersus eum in prelio. Ecce parum te dedi te in gentibus contemptibilis tu es valde. Superbia cordis extulit te habitantem in scissuris petre excelsitatem solium tuum. Qui dicis in corde tuo: quis deprahet me in terra. Si extentus fueris vt aquilae: si inter sidera fueris nidum tuum: inde detraham te dicit dominus. Si fures introissent ad te: si latrones per noctem: quomodo conticuisses: siquidem rapuerant sufficientia sibi? Si vindemiatores introissent ad te: nonne reliquias relinquerent tibi? Quomodo scrutati sunt esau? Inuestigauerunt abscondita eius. Usque ad terminum emiserunt te omnes viri federis tui illuserunt tibi. Proualuerunt aduersum te viri pacis tui. Qui comedunt tecum: ponent insidias subter te. Non est prudentia in eo. Numquid non in die illa dicit dominus: perdam sapientes de idumea: et prudentiam de monte esau? Timebunt fortes tui austrum: vt intereat vir de monte esau propter interfectionem et propter iniquitatem israel fratris tui iacob: operiet te confusio: et peribis in eternum. In die cum stares adversum eum: quando capiebant alieni exercitus eius: et extranei ingredebantur portas eius: et super hierusalem mittebant sortem: etiam tu quasi unus ex eis. et non despicias in die fratris tui: in die peregrinationis eius: et non lætaberis super filios iudeorum in die perditionis eorum: et non magnificabitur os tuum in die angustiæ. Ne ingredieris portam populi mei in die ruinæ eius: et non despicies et tu in malis eius in die ruinæ eius: et non extendes in diuitiis tuis in die afflictionis illius: et non

stabis in compitis et interficias eos qui fugerunt. Et non concludes reliquos eius in die tribulationis: quia iuxta est dies domini super omnes gentes. Sicut fecisti ita fiet tibi: retributionem tuam conuertam in caput tuum. Quia vindemiasti super montem sanctum meum: bibent omnes gentes iugiter: et bibent et absorbebunt: et erunt quasi non sint. Et in monte sion erit saluatio: erit sanctus. Et possidebit domus iacob eos qui se possederunt. Et erit domus iacob ignis: et domus ioseph flamma: et domus esau stipula: et succendent eos in eis: et deuorabunt eos: et non erit reliquiæ domui esau: quia dominus locutus est. Et possidebunt hi qui ad austrum sunt montem esau: qui in campestribus philistinorum possidebunt regionem ephraim et regionem samarie. Et possidebit galaad. Et transmigratio exercitus hujus filiorum israel ora loca chananeorum usque ad sarepta: et transmigratio hierusalem quæ in bosphoro est possidebit ciuitates austri. Et ascendent saluatores in monte sion iudicare montem esau: et erit dominus regnum.

¶ Explicit abdias propheta.

¶ Incipit prologus in Jonam prophetam.

